2ᵃ ꝯclo 4ᵃ capl̃ — ¶ Ista est 2ᵃ ꝯclo huiꝰ q̃rti capituli in q̃ ponitur hec secunda ꝯclo. Nulla demonstratio est ex his q̃ sunt ꝑ accidens. quã Aristo. probat tripl̃r ⁊ primo sic. Oĩs dmonstratio ẽ ex necessariis ⁊ ex his q̃ non ꝯtingunt nõ inesse sed accñia non sunt necessaria imo contingunt nõ inesse igit̃. maior pʒ ex dictis ⁊ minor est nota ex diffinitiõe accidentis quã ponit porphirius di. accñs est qd adest ⁊ abest preter subiecti corruptionẽ. ¶ Notandũ pᵒ ꝙ accidentiũ quedã sunt cõia q̃dam vero propria. Accidentia cõia sunt illa que non circũcernunt determinatũ sbʒ. vt albedo nigredo caliditas ⁊ frigiditas. Accidentia aũt propria sunt illa q̃ circũcernunt determinatũ subiectum vt risibilitas ⁊ simitas. ¶ Sc̃do notandũ ꝙ accidentiũ cõium quedã hñt esse necessariũ in subiecto vt albedo in cigno ⁊ nigredo in coruo. ⁊ q̃dã solũ cãm cõtingentem vt albedo ⁊ nigredo in hoĩe. prima accidentia sunt inseparabilia. q: nõ pñt corrumpi quin corrũpat̃ subiectum. alia autẽ sũt separabilia q: possunt corrũpi absqꝫ corruptione subiecti. ¶ Tertio notandũ ꝙ accidentiuʒ propriorꝫ q̃dã fluunt a principiis speciei vt risibilitas in hoĩe ⁊ hinibilitas in equo. quedã aũt a principiis indiuidui vt simitas nasi ⁊ crispitudo capitis. prima cõuertuntur cũ suis subiectis. q: oĩs hõ est risibilis ⁊ econuerso alia aũt nõ conuertunt̃ cũ suis subiectis q: lʒ oẽ simum sit nasus non tñ oĩs nasus est simus. ⁊ lʒ oĩs crispitudo sit in capite non tñ econtra. ¶ Quarto notãdũ ꝙ accidẽtium propriorꝫ q̃dam insunt a nã. vt ea q̃ dicta sunt. ⁊ q̃dam ex actibus ⁊ operationibꝰ vt esse medicũ vel musicum. ⁊ eoꝝ que sunt a nã quedã insunt sp̃ suo subiecto vt simitas ⁊ crispitudo. ⁊ quedã soluʒ aliqñ vt canescere. cõpetit eĩ nãliter hoĩ ⁊ solũ in senectute. non ergo loquit̃ Aristo. de accidentibꝰ ꝓpriis sed de cõibus. ⁊ singl. in hac prima rõne Aristo. loqtur tñ de accidẽtibꝰ separabilibus. ¶ Sʒ dubitatur primo q: videt̃ ꝙ ista diffinitio accñtis non cõpetat accidentibus inseparabilibus cõibus. q: albedo non põt abesse cigno preter cigni corruptionẽ nec nigredo coruo preter corui corruptiõeʒ.

Notandũ primuʒ

Notandũ. 2.

Notandũ. 3.

Notandũ. 4.

Dubiũ primuʒ

Dubiũ secundũ

¶ Secundo dubitat̃ q: videtur talia accidentia inseparabilia non hr̃e cãm necessariaʒ in subiecto cũ causa necessaria ẽ illa q̃ posita ponitur effectus ⁊ qua remota remouetur effectus. constat ãt albedinem esse in lapide vel in ligno remota cã albedinis q̃ est in cigno. ¶ Ad primũ dicitur ꝙ illa diffinitio accidẽtis cõpetit tam accidenti separabili q̃ʒ inseparabili q: porphirius statim posita diffinitione illa diuisit accidens in accidens separabile ⁊ inseparabile. constat ãt diuisum vlr̃ dici de quolibʒ suoꝝ diuidentiũ ⁊ diffinitionẽ cuilibet competere cui cõpetit diffinitum. ideo tam accidens separabile q̃ʒ inseparabile adest ⁊ abest ꝑter subiecti corruptionẽ. non ꝙ id adest ⁊ abest dicat actum sed põm vel aptitudinẽ: ita ꝙ albedo cigni lʒ non possit abesse cigno sine cigni corruptione tñ est apta nata abesse illi preter illius corruptionẽ que quidẽ aptitudo ⁊ si non reducit̃ ad actũ in hac albedine reducitur tñ ad actũ in alia albedine eiusdẽ speciei q̃ non corrũpitur preter cigni corruptionẽ. s. in lapide vel in ligno. Ad secundum dicitur ꝙ illa cã est necessaria necessitate positiua ⁊ non negatiua. ex quo effectus ẽ communior causa. albedo enim ⁊ nigredo ⁊ talia non soluʒ possunt ab vna causa prouenire sed a diuersis.

Et tñ opponat fortassis aliqs cuiꝰ cã hic oʒ iterrogare de his si nõ necesse est ꝯclusioneʒ esse. Nihil. n. differt si aliqs interrogatꝰ ꝯtingere ⁊ postea dicat ꝯclusionẽ. Oʒ ãt interrogare nõ tanq̃ʒ necessariũ esse ꝑꝑ interrogata: sed quod dicere necesse est illa dicenti ⁊ vere dicere si vera erunt que sunt.

¶ Unum dubium mouet phũs ex quo ex accidentibus

non potest inferri conclusio necessaria ⁊ maxime ex accidentibus separabilibus q̄re interrogat̄ de illis. ¶ Respondet phs q non differt apud dialeticum interdū ex accidentibus separabilibus inferre conclusionē contingētem ⁊ postea necessariam vt omne albū est frigidū. sor. est albus. ergo sor. est frigidus. Hic concludit̄ cōclusio contingens ex accidentibus separabilibus. Sed dicēdo omne album est coloratum. omne aial est albū. ergo oē aial est coloratum. concluditur necessariū ex accidēte separabili. nec oz dialeticum interrogare cōclusionē necessariā esse pp premissas necessarias sed sufficit apud ipsum q cōclusio sit vera si premisse sunt vere. ⁊ cōclusio sit necessaria si premisse sunt necessarie. sed illud non sufficit apud demonstratorē sz reqrit̄ q cōclusio sit necessaria pp premissas necessarias. ¶ Notandū sm lynco. q in syllogismo est duplex necessitas. s. illationis ⁊ illati. pma per se consideratur a dialetico sz non 2ª. a demonstratore aūt vtraqz ꝯsideratur. Egidius aūt ponit istā distinctionem sub alijs terminis di. q duplex est necessitas. s. ꝯnē ⁊ ꝯntis. Exemplum pimi. si hō currit hō mouet̄. Exemplū secundi. vt si tu es hō est. Et ꝯnā duplex est cā. s. in essendo ⁊ in inferendo. hec. n. hō currit est causa illius aial currit in inferēdo sz nō in essendo eo mō quo hō dicit̄ cē cā motus sui cursus. dialeticus ergo p se cōsiderat necessitatē ꝯnē ⁊ non ꝯntis. ⁊ per se ꝯsiderat cāz in inferendo ⁊ non in essendo. demonstrator āt hec oīa per se considerat. s. necessitatem ꝯntis ⁊ ꝯnē. cām ī essendo ⁊ in inferendo. ¶ Dicendū ex his oibus q in rōne argumētatiua vel syllogistica sunt tres necessitates. s. ꝯnē ꝯntis ⁊ aīntis. Exemplū pimi. vt si hō currit aial currit. vt sic ois homo currit tu es hō ergo tu curris. Exēplum secundi si sor. est homo est. aut sic. omne currens est aial. ois homo est currens ergo ois hō est animal. Exemplū tertij vt si hō est aial est. aut sic. oē aial rōnale est disciplinabile. ois hō est aial rōnale ergo ois homo ē disciplinabilis. Dialecticus ergo non ꝯsiderat nisi necessitatē ꝯnie. demonstrator āt oēz necessitatē supradictam. s. necessitatem ꝯnie ꝯntis ⁊ antecedentis.

**Quoniā aūt ex necessitate sunt circa vnūquodqz genus quecūqz per se sūt ⁊ scdz q vnūquodqz est manifestum est: quoniaz de his que per se sunt demonstratiue scientie ex talibus sunt accidentia qdem. n. non necessaria sunt. Quare non necessarium est conclusionem scire propter quid sit.**

¶ Scdo ar. principalr ad conclusionē sic. oīs demrātio est ex his que sunt p se ⁊ sm q ipm. sz accidentia nō insunt per se suis subiectis neqz sm q ipz ergo ex his nō est demonstratio sumendo vt dictū est accidens vt distiguitur cōtra proprium. pz ꝯnā cum maiori ex determinatis ante. minor vero est nota. q: talia nō habent necessitatem simpliciter ratione speciei sed solum habent necessitatem sm gd rōne indiuidui vt accidentia inseparabilia. vel nullā necessitatem habent vt accidentia separabilia. ¶ Notandū sm Egi. q oīa accidentia tam cōia qz propria aliquo mō conueniunt apud intellectū ⁊ aliquo mō differunt. ꝯueniunt qdem in hoc q intellectus oīa subiecta potest intelligere esse non intelligendo sua accidentia. q: omne prius pōt intelligi non intellecto posteriori. sed non pōt intelligere subiectū esse ⁊ suū accidēs ꝯuertibile non inesse aut oppositū inesse. sz bene de alijs accidentibus. q: intellectus pt intelligere coruū intelligēdo in eo nullā esse nigredinē sz tm̄ albedinē ex quo nigredo non fluit a principijs eius. nō pōt autē intelligere hominē esse risibile non inesse. aut illi inesse rudibile. ⁊ hoc ideo quia accidens conuertibile fluit a principijs speciei ¶ Mihi autem videtur q intellectus potest intelligere risibile nulli inesse: non tamen potest intelligere risibile alteri ab homine inesse neqz risibile inesse homini. vnde omne prius stat esse absqz posteriori apud intellectū. ergo stat hoiem esse apud intellectū absqz eo q risibile sit ergo ista stant sil' apud intellectū. hō est ⁊ nullū risibile est. sz quecūqz stant sil' apud intellectū pōt ipse intellect' sil' intelligere. ergo intellectus pōt simul itelligere hoiez esse ⁊ nullū risibile esse. sed hec ꝯuertuntur. nulluz risibile est ⁊ nullū risibile inest. ergo intellect' pōt simul intelligere hoiem esse ⁊ nullū risibile inesse. q: si aliqua cōuertuntur ⁊ vnū stat cū tertio reliquū stat cū eodem. q: ergo accidentia ppria circūcernunt subiecta sua ⁊ non accidentia cōmunia. ideo accntia ppria īsunt suis subiectis p se ⁊ sm q ipm. accidentia aūt cōia nō īsunt suis subiectis per se nec sm q ipsum. ⁊ ideo demonstratio est ex accidentibus proprijs ⁊ non communibus.

**Neqz si sp sit. non p se aūt vt sunt p signa syllogismi. Hoc. n. p se non per se sciet neqz pp quid. propter quid aūt scire est p causam scire. propter ipsum ergo oportet ⁊ mediuz tertio ⁊ primum medio inesse.**

¶ Tertio arguitur principaliter ad conclusionē sic. ois demonstratio facit scire per se p causam ⁊ pp quid. sed syllogismus procedens ex accidentibus non facit scire p se per cām ⁊ pp qd. ergo syllogismus procedens ex accidentibus nō est demonstratio. pz ꝯnā cum maiori ex determinatis ante. vnde syllogismi pcedētes a signo nō sunt pprie demonstrationes neqz pprie faciūt scire. vt syllogismi probātes aliqd corpus esse spericū q: facit vmbram spericā. aut omne elementatū esse corruptibile. q: est alterabile. minor āt declarat̄ nam in qlz demrātione primū inest medio p se. ⁊ mediū inest tertio per se. intelligendo p primū maiorem extremitatē ⁊ per tertium minorē extremitatem. sz si fiat syllogismus ex accntibus nunqz maior extremitas inest medio p se ⁊ mediuz minori extremitati vt pz inductiue. ¶ Notandū sm phz ⁊ scire passionē aliqz sp inesse. alicui subiecto non ē scire simplr ⁊ pp qd. q: forte illa passio non inest illi subiecto per se sicut nigredo corui vel albedo cigni. hec. n. est necessaria. oīs cignus ē albus sz non p se q: nō pscitate alicuius quator modorz. ⁊ lz esset ppō per se non tm̄ sciret̄ per se ⁊ pp quid. nā illa omne elementatū est corruptibile est per se. q: predicatū inest p se subiecto perseitate secundi modi. non tm̄ scit̄ p se. s. per cām sed tm̄ scitur a signo p hoc q omne alterabile est corruptibile quod nō importat cām sed tm̄ effectū vel signū. vbi aūt scitur p cām immediatā tunc scitur illa p se ⁊ pp quid. vt omne cōpositū ex ꝯrijs est corruptibile. omne elementatū est cōpositum ex ꝯrijs. ergo omne elementatū est corruptibile. ¶ Contra pdicta arg. q aliq̄ demonstratio sit ex accidentibus cōibus. Et primo sic. caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas sunt accidentia cōia ⁊ demonstrātur de elementis. ergo ⁊c. pz ꝯnā cum maiori q: quo non circūcernunt determinatū subz. minor vero tollitur de intentione phi tertio de generatione di. q ignis ē primo calidus. aqua primo frigida. aer primo humidus. terra āt primo sicca. qd āt inest alicui primo inest illi per se vt pz in hoc primo. ¶ Scdo ar. sic. motus ⁊ quies sūt accidentia cōia ⁊ tm̄ demonstrant̄ de celo ⁊ terra vt tollit̄ de intentione phi demonstrātis in libro celi. terrā semp quiescere ⁊ celū semper moueri. spericitas āt vt habet̄ ibidem demonstrat̄ de celo ⁊ rotūditas de terra ⁊ tm̄ sunt accidentia cōia. Tertio ar. idē de albedine ⁊ nigredine. nā phs 2° huius ponit q diffinitio causa ⁊ medium sunt idē. sed albedo ⁊ nigredo hūt cām necessariā ac ēt diffinitionem ergo habent mediū in demonstratione. ⁊ per ꝯns albedo ⁊ nigredo possunt de aliquo dmōstrari. Quarto ar. idē de intentōe cōmentatoris 4° phi

si. vi. q2 lz ea que sunt per accidens sepe non ingrediantur demonstrationē. tñ ea que sunt p accidēs sp īgrediūtur demōstrationē. ⁊ exemplificat dicēs q2 mā ⁊ forma p accidens mouent̄ .s. ad motū compositi. tñ q2 sp mouetur ad motū compositi ideo moueri pōt de illis demōstrari. Ex qb⁹ pz aliq̄ demonstrationē esse ex his que sunt p accidēs. ¶ Pro responsione ad has difficultates est sciendū q2 sicut accidentiū ppriorꝫ vt tollitur de mente porphirij quoddā est simplr̄ ppriū qd̄ conuertit̄ cū suo subiecto. quoddā vō fm qd proprium qd̄ non cōuertitur cū suo subiecto ita et accidentiū cōium quoddā est simplr̄ cōmune ⁊ quoddaꝫ secundum quid. accñs simpliciter cōe est illud quod non hz aliqd̄ spāle subm̄ determinans ipm vt albū ⁊ nigrū. accidens cōe fm qd est illud qd̄ hz aliquod spāle subiectū determinans ipm vt q̄ntitas ⁊ figura. mā .n. determinat sibi q̄titatē ⁊ quodlibet aīatum figurā. dr̄ ergo q2 accidentia simplr̄ cōia de nullo demonstrantur aliq̄ demrātione. sz accidētia cōia fm qd bene de aliquo demōstrant̄ q2 talia aliquo mō insunt subiectis suis p se nō per se q2 dē pseitate passionis sz subiecti tñ. neqꝫ hec ꝯdicūt phō. q2 ipse loqtur de demonstratiōe potissima vbi oēs termini ꝯuertūtur ⁊ passio est vlē primū subiecti q̄ non reperiunt̄ in demōstrationibus in qbus pbat̄ aliquod accidens cōmune d' aliquo subiecto. talis .n. demōstratio non facit scire simpliciter sz solū fm qd. ¶ Ad primū cōcedo q̄litates pmas demonstrari de elementis vt ignē esse calidū. aquā esse frigidā. aerē esse humidū. ⁊ terrā siccam. sz talis dmonstratio non est simplr̄. sz fm quid. Et cū phus dic̄ ignē esse primo calidū ⁊ aquā primo frigidā non intelligit caliditatē inesse igni tanq̄ suo adeq̄to subiecto sz intelligit ignē plus sibi determinare caliditatē q̄ siccitatē ⁊ aquā prius frigiditatē q̄ humiditatē. ⁊ sic de aliis pp maiorē conuenientiā sue nature. ¶ Ad 2ᵐ concedo motū dmōstrari de celo ⁊ quietē de terra. sz hec non sunt accidentia cōmunia simplr̄ sz sunt accidētia cōia fz q̄d. sicut caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas. sphericitas et est accidens cōe fm q̄d faciens ppositionē p se cum celo ⁊ rotunditas cū terra sicut motus ⁊ quies cū eisdē. neqꝫ aliquid ꝯcedit̄ contra intentionē phi cū tales demonstratōnes non sint simplr̄ sz fm qd. ¶ Ad tertiū respondetur q2 aliud est demonstrare albedinē esse aliud albedinem inesse. sicut .n. cognoscit̄ per suam diffinitionē ita pōt demonstrari p cām suam necessariā: non q̄dē demonstratione potissima sz in demonstratione termināte q̄stiōeꝫ si est. eo mō quo demonstraret̄ hoiem eē per suā diffinitionē. non tñ demrātur albedinē inesse alicui subiecto. q2 quocūqꝫ syllogismo dato in quo cōcludit̄ albedo de aliquo subiecto aut maior extremitas non inest medio p se aut mediū non inest p se minori extremitati. sic .n. albedo insit p se superficiei cū p p quam albedo inest superficiei non inest superficiei per se. ideo in tali discursu maior erit per accidens. ¶ Ad q̄rtū dicit̄ q2 non intēdit cōmētato: aliq̄ ppositionē p accidēs ingredi demrātionē sed bene illud cui aliq̄ passio inest p accidēs sp. vñ iste ppōnes. mā est mobilis forma mouet̄ sunt ppōnes p se ⁊ ingrediuntur demonstrationē hoc modo. q̄libet ps cōpositi nālis est mobilis sed mā est pars compositi nāl. ergo materia est mobilis. dicimus .n. q2 fortuna est causa. per accidens ⁊ tñ hec propō est per se fortuna est cā. ita materia vel forma ē mobilis per accidens. s. ad motum totius ⁊ tñ hec est per se. mā est mobilis. Sz cōtra tam dictum est q2 in omni demonstratione primum inest medio per se ⁊ mediū 3°. ergo primuz inest 3° per se. ergo mobilitas inest materie per se. quod est contra cōmentato:em dicentē ipsaꝫ esse mobilē p accñs. ¶ Dicendum q2 mā est mobilis per se pseitate scdi modi sed non est mobilis per se pseitate tertii modi tanq̄ per se existens. ideo q2 non potest moueri nisi ad motuz compositi. ideo est mobilis per accidens prout per accidens opponitur ei quod est per se tertio modo.

**Non ergo est ex alio genere descendentē demonstrare vt geometrā in arithmetica. Tria .n. sunt in demonstrationibus vnum quidē quod demonstratur conclusio. Hoc autē est quod alicui generi inest per se. vnum autē dignitates. Dignitates autem sunt ex quibus est demonstratio. Tertium aūt genus subiectum est cuius passiones ⁊ per se accidentia ostendit demonstratio.**

¶ Ista est tertia pars hui⁹ capituli in q̄ phs probat demonstrationē non eē ex extraneis postq̄ probauit illaz non eē ex ꝯtingentib⁹ neqꝫ ex his q̄ sunt p accidēs ponē do hanc ꝯclusionē. nulla demrātio est ex extraneis. Circa quā phus duo facit. q2 primo ponit aliq̄s suppōnes. 2° exequitur de intento ibi. quorꝫ autē. Prima suppō est ista q2 in q̄libet demrātione tria cōcurrūt. s. qd̄ demrātur in cōclusione. dignitas ⁊ subm̄ de quo demrāt̄ p se scitia. Et notanter dicit q2 demrāt̄ in cōclusione ⁊ nō di. passio. q2 non sp demonstrat̄ passio de subo sz aliq̄n diffō mālis subi p diffinitionē formalem. verꝫ est tñ q2 ipsa dr̄ inesse subo p modū passionis. ideo sumendo passionē large conceditr̄ q2 in omni demrātione tria sūt necessaria. s. dignitas subm̄ ⁊ passio. iuxta modū loquendi de pcognitionib⁹ in plogo. Notādū primo q2 ista suppō ponit̄ ad notificandū veritatē hui⁹ propōnis manifestande. vz. nō contingit demonstrantē descēdere de alio genere in aliud gen⁹ vt geometriā in arith. quam quidem ppōnem Arist. concludit ex prius determinatis. nā vt dictū est. oīs demōstratio est ex his q̄ sunt per se. constat aūt vnā sciam alteri inesse p accñs sicut ⁊ artifices. accidit .n. geometre q2 sit arithmetic⁹ ⁊ ecōtra. Dictū est et q2 in omni demrātōe primū inest medio ⁊ medium 3° fm q2 ipsum. sz si fieret syllogis. ex terminis diuersaꝝ scientiaꝝ vt ex linea numero ⁊ caliditate: impossibile est mediū ⁊ extrema cōuenire fm q2 ipm. igit̄ non contingit demonstrantē descendere de vno genere in aliud genus. Scdō notandū q2 passio demrābilis hēt duplex subm̄. s. primariū ⁊ scdariū. subm̄ primariū est illud cui passio inest fm q2 ipm. subm̄ aūt scdariū ē illud cui passio inest nō fm q2 ipm. verbi gratia. hēre tres angulos eq̄les duob⁹ rectis cōpetit triāgulo tanq̄ subo primario. ⁊ cōpetit figure vel ysocheli tanq̄ subo suo scdario eo mō quo dicimus conceptū hoīs significare primarie hoiem ⁊ ex ꝯsiti socratem ⁊ aial tanq̄ partes eius. sic ysocheles ⁊ figura sunt partes triāguli. ysocheles q̄dez est pars subiua ⁊ figura ē pars ēentialis seu diffinitiua de subo particulari vel scdario nō loqtur phus sed de subo adeq̄to ⁊ primario qd̄ ipse vocat genus. q2 sicut indiuidua ⁊ spēs resoluunt̄ in gen⁹ logicū. ita oēs passiones resoluunt̄ in adeq̄tū subm̄. Dubitat̄ propter qd phus nō facit mentionē nisi de subo passione ⁊ dignitatibus ex quo ad demōstrationē alia ēentialr̄ cōcurrant . s. premisse ⁊ mediū. nō .n. posset cōcludi aliqd ex solis dignitatib⁹ sicut neqꝫ aliq̄s effect⁹ nālis pōt esse ex solis causis vlib⁹. sol .n. ⁊ hō generant hoiem inquit phus 2° phi. Istā difficultatē soluit Egi. p duas rñsiones. q̄rꝫ prima est ista q2 pmisse ⁊ mediū reducunt̄ ad dignitates eo mō quo agētia particularia reducunt̄ ad vlia. pmisse .n. ⁊ mediū sunt agētia particularia ⁊ dignitates sunt agentia vlia. Scda rñsio eius est q2 in extremis claudit̄ mediū ⁊ qui facit mētionē de extremis dat intelligere mediū. faciendo ergo mētionē de subo ⁊ passiōe q̄ sunt extrema dedit itelligere mediū q2 ex medio ⁊ extremis sunt cōclusio ⁊ pmisse iō p subm̄ ⁊ passionē dedit itelligere oia q̄ formalr̄ ingrediunt̄ demrātionem. Prima rñsio non soluit q2 data illa sequeret̄ q2 Ari.

Notandum primum

Notandum .2.

non debuit facere mētionē nisi de dignitatib⁹. q: subm̄ ⁊ passio resoluunt in trāscendēs sicut pticulare in vle. sʒ ipʒ trāscendēs icludit' nccio in dignitatib⁹ ergo. Etiā scda ratio est dubia q: cū non itelligat' passio nisi intelligat' subm̄ scdm ipm̄ egidiū suffecisset facere mētionem de passione ꝑtermittēdo subm̄. Jʒ dr̄ ꝙ phs eo mō loquit' hic quo in ꝓlogo nō intēdēs ī oī demōstratiōe ista tria tm̄ eēʒ ꝙ in oī demr̄atiōe sunt tria q̄ innt ꝑcognita de necessitate an̄ demr̄ationē. s. subm̄ passio ⁊ dignitas. ⁊ hoc dicebat phs vt declararet demōstrationē non descēdere de vna scia in aliā sciaʒ. q: tūc ꝑcognosceret passionē ⁊ subʒ alteri⁹ scie qd̄ nō ē veꝝ. q: geome. nō ꝑcognoscat suba ⁊ passiones arithmetice nec econtra.

Ex qb⁹ gdē igit' dn̄r̄atō sit ꝯtigit eadē eē.

¶ Scda suppō est ista ꝙ lʒ eadē ꝑncipia sint cōia diuersis scietijs nō tn̄ idē subm̄. p̄rimū pʒ de illis. oē totuʒ est mai⁹ sua parte. ⁊ si ab eq̄lib⁹ eq̄lia demas q̄ remanent sunt eq̄lia q̄ sunt ꝑncipia geome. ⁊ arith. Scdm̄ pʒ sil'r q: scie distinguunt' ex distinctōe suboꝝ vt ondit Aristo. in hoc p'mo ⁊c. ¶ Notādū ꝙ lʒ illa p'ncipia sint cōia illis scietijs eis tn̄ non vtunt' absolute geome. ⁊ arith. sʒ ꝯcte. vt ois linea ē maio: sua parte. ⁊ si ab eq̄lib⁹ lineis eq̄les lineas demas linee q̄ remanēt sunt eq̄les. hec sūt ꝓpria geome. principia. hec aūt sunt ꝓp:ia arithme vt si ab eq̄lib⁹ numeris eq̄les numeros dmas nūeri remanētes sūt eq̄les. ⁊ ois nūer⁹ ē maio: sua pte. ⁊ itelligit g' phs ꝑ hāc suppōeʒ ondere ꝯueniētiā ⁊ dr̄iaʒ sciaꝝ.

Quoꝝ aūt genus alteꝝ est: sicut arithmetice ⁊ geometrice: non est arithmeticā dmonstratōeʒ conuenire in magnitudinib⁹ accidētia nisi magnitudines numeri sint. Hoc autē quēadmodū ꝯtingit in qbusdā posterius dicetur: sed arithmetica demonstratio sp̄ hʒ genus circa qd̄ fit demōstratio ⁊ alie similiter. Quare aūt simpliciter necesse est idem eē genus aut sic si dʒ demonstratio descēdere. aliter aūt impossibile eē manifestū est.

¶ Istis suppositōibus premissis ar. Aristo. ad ꝯclusionem sic. non ꝯtingit demonstrantē descēdere de vno genere in aliud genus. ergo nulla demonstratio ē ex extraneis. pʒ ꝯn̄a. q: si aliq̄ demr̄atio esset ex extraneis maxime videret' ex eo q: eēt terminoꝝ diuersaꝝ scientiaruʒ ex descensu eiusdē artificis ad diuersas scietias. an̄s aūt ꝓbat phs tripl'r. p'mo ex pte subi. nā si cōtingeret demōstrantē descēdere de vno genere i aliō gen⁹ simpl'r ꝯtigeret arith. descēdere in geome. ꝯn̄s ē falsū nisi poneret' ꝙ magnitudies eēnt numeri. i. nisi magnitudies ꝯtinerent' sub nūeris sic iferi⁹ in suo supio:. sʒ hoc ē falsū. q: ꝯtinuū ⁊ discretū sunt gn̄a subalterna ꝑdicamenti q̄titatis non se hn̄tia sim sub ⁊ s̄. Qualr' aūt subʒ vni⁹ scie ꝯtineat' sub subo alteri⁹ posteri⁹ siet manifestū cuʒ tractabit' de subalternatiōe sciaꝝ. nunc aūt sufficit scire ꝙ arith. demr̄atio sp̄ hʒ gen⁹ ꝓpriū circa qd̄ fit illa demōstratio. sil'r ⁊ alie demr̄ationes hn̄t ꝓpria genera circa q̄ fiūt ille demōstratōes. ¶ Notandū p'mo ꝙ subo rū q̄ vocat Aristo. genera subijcibilia q̄daʒ sunt simpl'r alterā. s. eo quoꝝ vnuʒ est infe ri⁹ ad reliquū i linea ꝑdicamentali vt ꝯtinuū ⁊ discretū hō ē asin⁹. q̄dā sūt simpl'r idē vt illa quoꝝ vnū ē ꝑ se iferi⁹ ad reliquū, vt hō ē aial seu triāgulus ⁊ eq̄later⁹. q̄dā aūt sūt idē sʒ qd. s. q̄n vnū ē iferi⁹ ꝑ accn̄s ad reliquū vt aial ⁊ aial albuʒ. linea ⁊ linea visual'. vult ergo phs ꝙ si sba sciaꝝ sint simpl'r altera ⁊ diuersa ꝙ nō ꝯtigit dscēdere de vna in reliquā vt geome. ⁊ arithme. Si aūt sūt simpl'r idē aut sʒ qd tunc bn̄ ꝯtigit dscēdere de vna i aliā. ꝯtigit. n. dscēdere a scia triāguli ad sciaʒ eq̄lateri ⁊ a scia geome. ad sciaʒ ꝑspectiue eo ꝙ suba illaꝝ sciaꝝ sunt idē simpl'r aut quodāmō. subʒ. n. geome. ē linea. ⁊ ꝑspectiue ē linea visualis. ¶ 2° notādū ꝙ nullū iferi⁹ dr̄ dscēdere i suū supi⁹ sʒ ascēder' ꝑ q̄to recipit ab eo aliq̄ dr̄iaʒ essentialē vel accn̄talē. supi⁹ aūt dscēdit i suū iferi⁹ ꝑ dr̄iaʒ eēntialē vl' accn̄talē. dscēdit. n. gen⁹ in spēʒ ꝑ dr̄iaʒ eēntialē. ⁊ spēs in indiuiduū ꝑ dr̄iaʒ accn̄talē. iō scia subalternās cū se hēat ꝑ modū generis descēdit in sciaʒ subalternatā q̄ se hʒ ꝑ modū spēi dando sibi p'ncipia sic gen⁹ dat spēb⁹ dr̄ias. scie aūt subalternate ascēdūt ad subalternātes recipiēdo hui⁹ p'ncipia. ⁊ q: geome. ⁊ arith. nō se inuicē subalternāt. iō nulla illaꝝ ad aliā ascēdit vl' descēdit. geome. aūt bn̄ dscēdit i ꝑspectiuā. vel arith. i musicā. ¶ Dubitat' circa hoc qd̄ dicit phs. s. magnitudies nō eē nūeros q: nūer⁹ causat' ex diuisiōe ꝯtinui ꝑ phʒ tertio phi. sʒ ꝯtinuū nō diuidit' nisi i magnitudies. vt habet' sexto phi. igit' magnitudies sūt nūeri. ¶ Rn̄det' ꝙ duplex ē numer⁹. s. mālis ⁊ formalis. numer⁹ mālr' sumpt⁹ est res nūerata. ⁊ sic magnitudines sunt nūeri. nūerus vō formalr' accept⁹ ē q̄titas discreta ꝯpnens ex multis vnitatib⁹. ⁊ sic magnitudines nō sunt nūeri. vn̄ sic ꝯtinuū non ē vnitas cū ipm sit diuisibile ⁊ vnitas idiuisibil' ꝑ Arist. 3° phisi. ita magnitudies nō sunt nūeri cū q̄lʒ magnitudo sit diuisibil' i infinitū. numer⁹ aūt ecōtra ē augmn̄ abilis i infinitū ⁊ nō diuisibilis i infinitū vt habet' ibidē. s. 3° phisi. ⁊ sic vnitas q̄ est ꝑncipiū nūeri ē subiec i ꝯtinuo. ita nūeri q̄ sūt q̄titates discrete sunt subiecti i magnitudinibus.

Ex eodē igit' genere necesse ē vltia ⁊ media esse. Si nāq3 nō sūt ꝑ se accn̄tia erūt: ꝑꝑ hoc q̄ nō ergo geometre mōstrare ꝙ contrarioꝝ sit eadē disciplina: sʒ neq3 duo cubi vn⁹ cubus sunt: neq3 scie alteri⁹ qd̄ alterius sit. Sʒ aut q̄cūq3 sic se hn̄t ad inuiceʒ ⁊ ꝙ sit alterū sub altero vt ꝑspectiua ad geometricaʒ ⁊ consonantia ad arithmeticam.

¶ Scdo ar. ad idē ꝑ rōnē sūptā ex pte medij sic. i oī demr̄atōe neceē ē mediū ⁊ extrema eē eiusdē generis. sʒ passiones ⁊ suba diuersaꝝ sciaꝝ sūt diuersoꝝ generꝝ. ergo illis nō pt adaptari aliqd mediū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s non ē poīe demr̄antē descēdere de vno genere i aliō gen⁹ simpl'r. p̄a ps an̄tis ē nota q: illa debēt de se inuicē verificari sim ꝙ lʒ. minoꝝ ēt ē manl. q: passiōes ⁊ suba diuersaꝝ sciaꝝ sūt dispata sic ipsa ꝑma gn̄a circa q̄ vsant' scie ille. vn̄ q: linea ē p'm gen⁹ subijcibile geome. ⁊ nūer⁹ arithmetice. oīa alia suba ⁊ passiōes haꝝ sciaꝝ sunt dispata sicut linea ⁊ nūer⁹. Ex illa rōne isert Aris. ꝙ ad geometricū nō ꝑtinet demr̄are ⁊ oppositoꝝ eadē ē disciplina q: oppositio ⁊ disciplia nō sūt ꝑ se passiōes linee nec duo cubi faciūt vnū cubū q: cub⁹ nō ē ꝑ se passio linee sʒ nūeri sʒ ad logicū ⁊ metha. ꝑtinet ꝓbare ꝙ oppositoꝝ eadeʒ ē disciplia. ⁊ ad arith. ꝙ duo cubi faciūt vnū cubū. Ex ꝑncipijs tn̄ geome. pt ꝓbari aliq̄ passio ꝑspectiue ⁊ ex ꝑncipijs arith. aliq̄ passio musice. q: subʒ ꝑspectiue ꝯtinet' sb subo geome. s. linea visual' sub linea. ⁊ subʒ musi. sub subo arith. vʒ. nūer⁹ sonor⁹ sb nūero. ¶ Notādū p̄. ꝙ ꝯsideratio ꝑdicamētoꝝ ē tn̄ de iure logici ⁊ metha. sʒ nō eodē mō q: logic⁹ ꝯsiderat ꝑdicamēta vt hn̄t eē ītētōalē. metha. vō vt hn̄t eē reale. ꝑdicamētū. n. ē coordiatō pluriū reꝝ aut ꝯceptuū sʒ sb ⁊ s̄. quē ordinē null⁹ ꝯsiderat nisi alt' illoꝝ duoꝝ. q: g° dant' opposita ītētōalia sic realia ⁊ i quocūq3 ꝑdicamēto ponit' vnū oppositoꝝ ponit' ⁊ reliquū. iō tā logic⁹ q̄ȝ metha. hʒ ꝯsiderar' quō ⁊ q̄lr' opposita ponūt' i ꝑdicamēto ⁊ ꝯseq̄nter ꝓbare ꝙ oppositorum eadem est disciplina sicut oppositorum idem est ꝑdicatum. ¶ Item opposita habent fieri circa idem subiectum. s. homo ⁊ non homo circa ens. albedo ⁊ nigredo circa superficieʒ. visio ⁊ cecitas circa oculū. eq̄li

Notm pm


Notm 2m

Notm pm

ns ⁊ inequalitas circa q̄titatem. similitudo ⁊ dissimili-
udo circa q̄litatem. s; subiecta sunt illa de quibus de-
monstrant passiones vt patuit. ergo si de aliquo subo
it demr̄abilis aliq̄ passio que h; passionē oppositā de
lio etiā ē demr̄abilis alia. ⁊ p ɔ̄ñs oppositoꝝ eadē est
disciplina sicut oppositoꝝ idē est subm. ¶ Scdō notan-
dū q̄ numerus q̄drat⁹ differt a numero cubo. q: nu-
merus q̄dratus resultat ex ductu alicui⁹ numeri i se ip-
sum semel. vt q̄ttuor ⁊ nouē: q: bis duo faciunt q̄ttuor
⁊ ter tria faciunt nouē. numerus aūt cub⁹ resultat ex du-
ctu alicui⁹ numeri i seip̄z bis vt octo ⁊ .27. nā bis duo
bis faciunt octo. ⁊ ter tria ter faciūt .27. sicut ergo duo
quadrati faciūt vnū quadratū. q: nouē ⁊ .16. q̄ sunt nu-
meri quadrati faciūt .25. q etiaȝ est numer⁹ q̄drat⁹ co
q̄ q̄nqes q̄nqȝ faciunt .25. ita duo cubi faciunt vnū cu
bum. qd declarat̄ primo in cubis consilis denomina-
tionis. nā octo ⁊ octo q sunt numeri cubi faciūt vnū cu
buȝ per reductionē eoꝝ eo q̄ octies octo faciunt .64. q̄
sunt numerus cubus. cuius radix inuenit̄ per ɔ̄pōem
radicū p̄mioꝝ cuboꝝ qui sunt duo ⁊ duo ex q̄bus fit q̄t-
tuor eo q̄ quater q̄ttuor q̄ter faciūt 64. ɔ̄sile declarat̄ i
cubis dissiliū denoiationū. nā octo ⁊ .27. sūt numeri cu
bi ex quib⁹ fit vnus numerus cub⁹ .s. 216. per reductō
nem vnius in reliquū eo q̄ octiens .27. faciunt .216. quo
rum radix inuenit̄ p reductionē radicū primoꝝ cuboꝝ
inuicē q̄ sunt duo ⁊ tria. nā bis tria faciūt sex que sunt
radix numeri .216. q: sexies sex sexies faciūt .216. ¶ Sȝ
dubitat̄ quō mediū ⁊ extrema in oī demōstratione sūt
eiusdē generis cū linea sit de p̄dicamento q̄titatis ⁊ re-
ctū vel curuū de p̄dicamento q̄litatis. silr hō est de
p̄dicamento sube ⁊ risibile vel disciplinabile de genere
qualitatis aut relationis q̄ tn̄ sūt passiones demr̄abiles
de hoīe. ¶ Dicendū q̄ duplex est genus. s. p̄dicamēto
⁊ attributionis. vn̄ non oȝ in oī demōstratione medi-
um ⁊ extrema esse eiusdē generis p̄dicamentalis s; be-
ne eiusdē generis attributiōis q: oīa illa sūt p attributionē
ad illud. oēs .n. demr̄ationes arithmetice fiunt p attri-
butionē ad numeꝝ. ⁊ oēs geome. p attributionē ad line-
am. numerus ergo ⁊ linea dicunt̄ subiecta seu genera
attributionis ⁊ de tali genere ⁊ subō loqtur Aristo. ista
di. vna scia ē vni⁹ generis subi ptes ⁊ passiōes ɔ̄siderās.

**Neqȝ aūt si aliqd inest lineis nō scdȝ qd
linee sūt ⁊ nō iq̄ȝtū ex p̄ricipijs p̄prijs sūt:
vt si pulcherria lineaꝝ sit recta: aut si ɔ̄trario
se habeat circulari. Nō .n. ē scdȝ qd p̄prium
gen⁹ ipoꝝ est s; iq̄ȝtū cōe qd dā est.**

¶ Tertio arg. ad idē per rōneȝ sumptā ex pte passiōis
qui in oī demr̄atione passio inest subo fm q̄ ipsuȝ. sed
passiones diuer saꝝ sciaꝝ nō possūt iec subo s; q̄ ipz. er
go nō s; demōstrantē descēdere de vno genere in aliud
genus simplr. maior pz ex dictis ⁊ minor declarat̄. nā
pulchritudo ⁊ ɔ̄etas nō isūt linee fm q̄ linea s; rōne al-
terius coloris. iō ad geome. nō ptinet p̄bare q̄ linea re-
cta ē pulcherria lineaꝝ aut q̄ linea recta ɔ̄rariat̄ circuli s;
q̄ linea ē recta l curua. ¶ Notādū q̄ metha. p̄bat pul
critudinē vl nobilitatē de linea recta isto mō. ois linea
mēsurās ens nobilissimū aut pulcherimū ē nobilissima
aut pulcheria lineaꝝ. s; linea recta ē h⁹ q: mēsurat mū-
dū q ē ens pulcherimū ⁊ nobilissimū g̊. hec āt linea re-
cta ɔ̄rat̄ linee curue p̄bat̄ tā a metha. q̄ a p̄hō nāli a me-
ta. qdē hoc mō. ois linea cui⁹ mediū nō discrepat ab ex-
tremis ɔ̄rariat̄ linee cui⁹ mediū discrepat ab extrēis s;
linee recte mediū nō discrebat ab extrēis ⁊ linee curue
mediū discrepat ab extrēis. ergo linea recta ɔ̄riat̄ linee
curue. nālis vō sic arguit. oēs linee ɔ̄riant̄ sup q̄b⁹ fiūt
motus ɔ̄rij. sed super linea recta ⁊ curua fiunt motus
contrarij. g̊ linea recta ɔ̄riat̄ linee curue. iste demr̄atio
nes nō sūt ɔ̄siles. nā demr̄atio facta a metha. ē pp qd ⁊
a p̄ori. demr̄atio aūt
p̄hī nālis ē. q: a po
steriori cū p⁹ sit li-
nea q̄ mot⁹. iō de-
mōstratio metha.
est melior demr̄one
nāli. Dubitat̄ cir-
ca lr̄am. dcm̄ ē .n.
q̄ pulchritudo ⁊




ɔ̄trarietas cōpetūt linee rōe alicui⁹ coloris. g̊ cōpetūt si-
bi p se. pz ɔ̄ñaq: qcqd cōpetit p se supiori cōpetit p se i-
feriori. ¶ Rūr negādo ɔ̄ñaȝ. q: illō colus n̄ ē p se supi⁹
ad lineā. imo forte nō ē i p̄dicamēto sic et n̄ ē notatū. co-
loratū. n. colus ē q̄ aial. ⁊ albū col⁹ ē q̄ hō. ⁊ tn̄ colora-
tū nō ē supi⁹ ad aīal nec albū ad hoīeȝ. ¶ Ex p̄dictis seq̄t
p̊ q̄ metha. p̄t descēdē i oēs alias scias. q: sbm ei⁹ ē ens
cui sbijciūt oīa alia sba aliaꝝ sciaꝝ. dīc. n. p̄hs i p̊emio
metha. q̄ metha. regulat ⁊ dirigit oēs scias. ⁊ p⁹ phi.
p̄bat p̄ncipia nālia ɔ̄prehēdē ⁊ inclusū ex p̄ncipijs me-
tha. Alacē āt scdō sūe pspectiue p̄bat oē totū eē mai⁹ sua
pte p p̄ricipia metha. s. p cōtinere aliqd ⁊ aliqd vltra. cō
stat āt illō eē p̄ncipiū geome. ⁊ arith. 2° seq̄t q̄ geome.
pōt aliquo mō descendere in cyrurgiā. saltē quo ad illā
ptē que p̄bat q̄ vulnera circularia tardi⁹ sanāt̄ ceteris. cui⁹.
n. ⁊ circulare sūt sba p̄ticularia geome. sub q̄bus ɔ̄tinet̄
vuln⁹ circulare sic isti⁹ p accñs i suo supiori. 3° sequit̄
p̄hiā descēdē i medicinā q: sbȝ p̄hie ē cor⁹ nāle seu cor⁹
mo⁹ sbm āt medicie ē corp⁹ sanabile qd est inferius ad
corp⁹ nō qdē per se sed per accñs. ⁊ lȝ p̄hī nālis con-
sideret corpus vt ē mobile ad sanitatē. nō tn̄ medicia ē
ps p̄hie nālis. q: p̄hs nālis cōsiderat corp⁹ vt ē mobi-
le ad sanitatē pn̄s in. medic⁹ aūt idē cōsiderat vt ē mobi-
le ad sanitatē p artē. Quarto seq̄t q̄ logica nō descēdit
i alias scias. q: sbȝ logice ē syllūs vl' ens rōnis. ɔ̄tat̄ āt
sba aliaꝝ sciaꝝ nō cōtineri sub syllō neqȝ sub ente rōnis
tāq̄ isti⁹ i suo supiori. ⁊ si allegat̄ p̄hs i topicis dicens
q̄ dialetica hȝ viā ad oēs alias scias t cōcedat̄ illō. nō tn̄
ɔ̄cedat̄ q̄ p̄bet p̄ncipia aliaꝝ sciaꝝ. ipa .n. hȝ viā ad oīa
p̄ncipia aliaꝝ sciaꝝ spālium: tradēdo regulas ⁊ modos q̄-
bus illa p̄bari psūt. sola igit̄ metha. p̄bat p̄ncipia aliaꝝ
sciaꝝ. recipit tn̄ a logica artē ⁊ modū p̄bādi illa. ¶ Con-
tra p̄dicta arguit̄ p̄bādo vnā sciaȝ nō subalternatā desce-
de i aliā. ⁊ p⁹ rōe sbi. q: p̄hia nālis ⁊ geome. nullā hn̄t
subalternatiōeȝ. ⁊ tn̄ vna caꝝ descēdit i aliā. ex quo hn̄t
idē sbȝ. s. lineā. di. n. p̄hs scdō phi. q̄ geo. ⁊ p̄hia nālis
ɔ̄siderāt de supficie linea ⁊ corpe. ¶ Scdō ar. ad idē ex
pte medij. q: geome. nālis p̄hs ⁊ astrolog⁹ vtūt̄ eodē
medio ad p̄bādū spericitatē de corpe. vȝ p hēre vnuȝ cē-
trū a quo ad circūferētiā oēs linee ducte sūt eq̄les. igit̄
rōne medij q̄libȝ istaꝝ sciaꝝ i alterā p̄t descēde. ¶ Ter-
tio ar. idē ex pte passiōis. q: tā p̄hs q̄ astrolog⁹ cōside-
rat eclipsiȝ. q̄bȝ .n. illoꝝ demr̄at lunā eclipsari. ⁊ q̄libet
eoꝝ ɔ̄siderat spericitatē p Arist. 2° phi. demr̄ando rotū-
ditatē de terra ⁊ spericitate de celo. ¶ Quarto ar. q̄ ari-
thmetica descēdit in geome. q: arithmetica ideo dicitur
descēdere in musicam q: musica vtitur aliquo principio
suam demonstrato in arithmetica. sed geome. vtitur ali-
quo principio demonstrato in arithmetica. ergo ⁊c. ma-
ior patet ⁊ minor declaratur. nam geome ad probā-
dum incōmensurabilitatem diametri ad costam argu-
it sic. quadratum diametri est duplum ad quadratum
coste. sed nullus numerus quadratus est duplus ad ali-
um numerum quadratum. ergo diameter est incōmē-
surabilis coste. patet ɔ̄ña. q: ratio mensure primo inue-
nitur i nūeris s; p̄hm .io. metha. ⁊c. ¶ Ad p^m dr̄ q̄ lȝ
phi. ⁊ geome. hēāt idē sbȝ par tiale nāle. nō tn̄ formale
q: geome. considerat lineā absolute. ⁊ p̄hs. vt est termi-
nus corporis natu ralis. ¶ Sed ex isto posset p̄bari intē-
tū. q: geome. descēdit i cyrurgiā pp illō sbȝ vuln⁹ circu-
lare q̄d continet̄ sbiectiue in circulo. sed linea naturalis etiā

cōtinetur in linea, sicut inferi⁹ in suo superiori. ergo geo me. potest descendere in phiaȝ naturalem quo ad illam partem que tractat de linea. ¶ Rñdetur vno modo ꝙ intentio phylosophi est vnam sciam in aliam descende re habentem subm inferius per accñs considerantem ꝗ̄ libet partem illius per respectū ad aliam. verbi gratia. geome. descendit in perspectivaȝ. q: fm perspectiue ē linea visualis considerantis lineam. vt est visualis. ꝛ vi suale vt est in linea vel per lineam. sicut etiā geome. de scendit in cyrurgiam q: cyrurgia considerat vuln⁹ per respectum ad circulum ꝛ circulū per respectū ad vul nus. phi. autem considerat lineam per respectū ad ma teriam sed non considerat semper mām per respectum ad lineam. ideo geome. non descendit in phiaȝ natura lem. ¶ Aliter rñ respondetur ꝙ sicut phia naturalis su balternatur perspectiue fm illam parteȝ in qua deter minatur de hyride vt videbitur infra. ita non inconuēit phiam nālem subalternari geome. fm partem in qua determinatur de linea vl' superficie naturali. ꝛ sicut phi losophia descendit in geome. ratione quorundaȝ prin cipiorum geome. probatoꝝ in phia. ita etiam non est in conueniens geome. descendere in phiam ratione quo rundam aliorum principioꝝ demonstratoꝝ in geome. ¶ Ad 2m respondet' negando ꝙ illi artifices vtant' eo dē medio. geome. n. ꝓbat corpus esse spericum per ha bere centruȝ a quo ad circumferentiam oēs linee ducte sunt equales phi. autem per naturam illius corporis vt terram esse rotundā. q: oēs eius partes tendunt ad cen truȝ mundi. ꝛ celuȝ esse spericū q: hȝ in se principiū mo tus velocissimi ꝛ vniformis. astrologus autē probat ter ram esse rotundā q: equaliter distat a celo. ꝛ celū eē spe ricum q: equaliter distat a cētro mundi. ¶ Ad 3m dr ꝙ non est inconueniens eandē passionē considerari ad di uersis artificibus lȝ diuersimode. dr. n. ī. phs ꝙ cō mutata ꝓportio demonstrat' de numeris ꝛ lineis. con stat autē ꝙ non eodē modo nec per respcm ad idē sȝ ita phs considerat eclipsim vt est passio corporis natu ralis. ꝛ astrolog⁹ vt est passio corporis mathe. neqȝ de monstrant illam passionē de luna per idem mediuȝ. nā phs demonstrat lunam eclipsari p interpositionē terre. ꝛ astrologus per solem esse in capite vel in cauda dra conis. ¶ Item non est inconueniens ꝙ phia naturalis ꝛ geome. descendāt in astrologiā. q: subalternatur his sicut ꝑspectiua ꝛ musica. cū iste tres dicant' medie inter mathematicas ꝛ naturales ꝛ magis nāles ꝗ̄ mathe. ex doctrina Aristo. 2° phi. ¶ Ad 4m dr ꝙ sicut cōmutata ꝓportio demonstrat' in arithmetica ꝛ geometria. ita ista ꝓpositio. nullus numerus quadratus est duplus ad aliū numeꝝ quadratum demonstrat' tam in arith. ꝗ̄ in geome. neqȝ demōstratio vnius dependet ex demōstra tione alterius nam geome. sumit quadrupluȝ ꝓprie. vt reperitur in continuis. arith. autē transsūptiue vt reperit' in discretis. ꝛ geome. sumit numeꝝ māliter ꝓ reb⁹ nu meratis vel numerabilibus. arithmetic⁹ autē sumit nu merum formaliter. vt est quedā formalis multitudo ꝓ ueniens ex vnitatibus aggregatis. vnde purus geome. sine arith. sciret demonstrare diametrū esse incōmensu rabilem coste. ꝛ ꝙ quadratum diame. ē duplum ad ꝗ̄ dratum coste. ꝛ ꝙ nullus numerus ꝗ̄dratus ē duplus ad alium numerum quadratum.

**Manifestū āt ē ꝛ si sint ꝓpōnes vniuersa les ex qbus ē syllogism⁹ qd necesse ē ꝛ con clusionē eē ꝑpetuā hui⁹ demōstratiōis ꝛ sim pliciter vt ē dicere demōstratiōis.**

¶ Ista est quarta pars huius capli in qua Aristo. pro bat demonstrationē nō eē ex corruptibilibus postqȝ ꝓ bauit illā non esse ex poßibus aliter se habere nec ex his que sunt per accñs nec ex extraneis: ponendo hāc pcō nem. Nulla demonstratio est ex corruptibilibus. quam phs ꝓbat tripl'r. pmo ex parte eius qd est fm ꝙ ipm. 2° ex pte eius qd ē ꝑ se. ibi nō ergo ē demōstratio. 3° ex pte eius qd est de oī ibi qd. n. vl'r. ¶ Prio. n. sic ar. cu iuslibet demōstrationis ꝯclō est perpetua. ergo nulla d monstratio est ex corruptibilibus. pȝ ꝯñā. q: sicut non demonstrat' necessarium ex contingentibus nec ꝑpetuū ex corruptibili. añs autē ar. sic oīs demōstratōis ꝓpōes idest p'emisse sunt vl'es. ergo cuiuslibet demonstratio nis ꝯclō est ꝑpetua. añs pȝ ex determinatis. ꝛ ꝯñā de claratur. q: si cuiuslibet demōstrationis premisse sūt vni uersales. ergo cuiuslȝ demōstrationis premisse sȝ ꝙ ipm. ꝛ per ꝯñs cuiuslibet demonstrationis maior extre mitas est passio vl'is subi. ꝛ minor extremitas est subȝ vl'e passiōis. sȝ ex sbo vl'i ꝛ passiōe vl'i fit conclusio per petua sicut ꝛ ipē ꝑpetua sūt. ergo cuiuslibet demonstra tionis ꝯclō est ꝑpetua. ¶ Notandū ꝙ ista cōclō vr' co inscidere cū prima. q: si nulla demōstratio ē ex poßi bus aliter se hr'e. nulla demōstratio ē ex corruptibilib⁹. ꝓpterea videt' hanc cōclōneȝ superfluam esse. ¶ Rñdet Egi. ꝑ duas distinctiōes. quaꝝ pma est ista ꝙ duplex ē subm. s. vl'e cui inest passio cōuertibilis vt triāgulus re spectū huius passionis que est habere tres angulos eq̄ les ꝛ ꝑticulare cui inest passio non conuertibilis vt ysō celes respectū eiusdē passionis. ¶ 2a distinctio ꝙ ꝗ̄dru pliciter est passio. s. ꝓpria vt habere tres eq̄les respectū trianguli: ꝛ extranea. vt duos cubos facere vnū cubum respectū linee. ꝑ accñs sepabilis. vt albedo vl' nigredo re spectū hoīs. ꝛ ꝑ accñs insepabilis. vt albedo vel nigre do corui vel cigni. ¶ Quadrupliciter ergo contingit er rare in demonstratione pmo ꝓbādo de aliquo subo ali ꝗ̄ passionē insepabilē. ꝛ hic error tollitur in pma con clusione. vbi ꝓbat' demonstrationē nō eē ex poßibus ali ter se habere. Scdo contingit errare in demonstratiōe ꝓbando passioneȝ insepabilem. que est accñs simplici ter de aliquo subo.. ꝛ hic error tollitur in 2a cōclone ꝓ bando demōstrationē nō eē ex his que sūt ꝑ accñs ꝛc. 3a cōtigit errare ꝓbādo passiōeȝ extraneā d aliquo sbo ꝛ hūc errorē tollit phs i 3a cōclone dterminando demō strationem non descendere de genere in genus. 4a con tingit errare ꝓbando passioneȝ propriā subi vl'is ꝛ i cor ruptibilis de subo ꝑticulari ꝛ corruptibili. ꝛ hūc error' tollit. p. i hac ꝗ̄rta cōclōne. ꝗ̄ ie cū hec ꝗ̄rta cōclō respi ciat ꝑticulare sbm: ꝛ pma cōclō passiōeȝ sepabilem non coīcidit ista cōclusio cū illa. Alr' ēt rñdet ꝛ magis de terminate ꝙ Ari. prius habuit respectū ad p̄missas nūc aūt ad ꝯclōnē. ꝛ ideo nō dȝ sic formari hec ꝗ̄rta cōclō. nulla demr̄atio est ex corruptibilib⁹. sȝ sic. nulla demō stratio est corruptibiliū. q: fm hāc formaȝ vident' ꝓce dere oēs rōnes. Dicendū tñ iuxta doctrinaȝ Ari. 2° phi. ꝙ p̄misse hn̄t duplicē habitudinē ad conclusionem. s. habitudinē cause efficiētis rōne medii. ꝛ habitudineȝ cause māl'is rōe extremitatum. ita ꝙ ꝯclō ē ex p̄missis: vt si ex dicit habitudinē cause efficientis ꝛ māl'is. mediū .n. nō ingredit' conclusionē sȝ extremitates tāqȝ partes cū ergo dicit phi. in prima cōclusione demr̄ationeȝ non esse ex poßib⁹ al'r se hr'e sumit istā ꝓpōnem ex vt notat habitudinē cāe efficiēns. nūc aūt dicēs nullā demr̄atōeȝ eē ex corruptibilib⁹ itelligit illā ꝓpōneȝ ex notare habi tudinē cāe māl'is. ꝛ ꝙ hoc sit veꝝ pȝ. q: ꝓbat ꝑpetuita tē conclōnis ex vl'itate p̄missaꝝ. q̄ vl'itas sumit' penes ex tremitates subi ꝛ passionis. ex quibus māl'r fit ꝯclusio ideo nō cōcidit hec quarta conclusio cum prima.

**Nō g̃ ē demōstratio corruptibiliū. Nec scia simpl'r: sȝ sic' sicut scdȝ accñs.**

¶ Scdo ar. ad idē ex pte ei⁹ qd ē ꝑ se. nā oīs dmr̄atio ē ex his q̄ sciāt' ꝑ se. sȝ corruptibilia nō sciūt' ꝑ se ergo nl' la dmr̄atio ē ex corruptibilib⁹. maior pȝ cū i oī dmr̄a tiōe tā p̄misse ꝗ̄ ꝯclō sciūt' ꝑ se ꝛ sciūt' formal'r aut vitual'r vt patuit. g° oīa talia sciūt' ꝑ se. minor āt delarat'. nā cor ruptibilia sciūt' ꝑ accñs cū ipa sit singularia qb⁹ accit ꝙ scia

tur ex quo de illis interdum hr̄ scientia ⁊ aliqñ non habetur scientia. ¶ Notandū ſm Egi. ꝙ itellectus ꝑ se ⁊ recto aspectu intelligit vlia. ꝑ accidens aūt ⁊ indirecte itelligit singularia. cū ergo sit scientia de illis que per se mouent intellectū ⁊ non de alijs. ideo de vlibus est sciē per se ⁊ de singularibus tm̄ ꝑ accidens. ¶ Ista snīa mihi dubia. primo q: intellectus itelligit singulare ꝑ se ⁊ directe sicut vle. dicit. n. phs 3° de aīa ꝙ necesse est intelligentē fantasmata speculari. ⁊ ꝙ sicut se hȝ color ad visum ita fantasma ad intellectū. ſȝ visus cognoscit ꝑ se ⁊ directe colorē. ergo intellectus itelligit per se ⁊ directe fantasma. constat aūt fantasma esse singulare. si ergo necesse est intelligentem fantasmata speculari necessario in primo instanti cognitionis intellectus ipse intelligit singularia cum speculari sit intelligere. ¶ Scdo q: si nihil sci per se nisi ipsum per se moueat intellectū. sequit̄ ꝙ de punctis ⁊ lineis: de deo ⁊ intelligentijs non haberur scientia per se sed tm̄ per accidens. q: nō mouent itellectum ꝑ se. imo non cognoscunt̄ nisi ꝑ discursū. ¶ Propterea est dicendū ꝙ singularia ⁊ corruptibilia dupliciter ꝯsiderant̄. s. ſm formā ⁊ scdm̄ mām. ſm formam sensibilia sunt per se. ſȝ non primo. nā sensibilitas cōpetit vli ⁊ passioni per se primo. ⁊ hec reperiuntur in singularibus. ideo singularia sunt per se sensibilia. quicquid n. compet per se superiori compeńt per se inferiori. ⁊ ois passio per se competens speciei per se competit indiuiduo. Scdm̄ aūt mām singularia non sunt per se scibilia. q: ratio indiuidui ⁊ singularis accidit ipsi speciei seu vli subiecto de quo primo ⁊ per se demonstrat̄ passio.

**Quod āt vlr ipsius non est ſȝ aliqñ ⁊ sic. Cū aūt sit necesse est alterā non vniuersalem eē, ꝓpōnē ⁊ corruptibilē qdem quare ⁊ conclusionē cū sit nō vlēz āt qñ hoc qdē erit. hoc āt nō erit ex quib⁹ est. Quare non erit syllogizare vniuersaliter: ſȝ quoniā nūc est.**

¶ Tertio ar. ad idē ex parte eius quod est de omni. nā omnis demonstratio est ex his que sunt vlr tam ex parte tpis ꝙ suppositoꝝ. sed corruptibilia non sunt vlr ex parte tpis. ergo nulla demonstratio est ex corruptibilibus. maior pȝ q: ois demr̄atio est ex his q̄ sūt d omni. constat aūt ꝙ de omni posterioristicū importat vlitatē tpis sicut subiecti vt patuit. minor vero est manifesta ex quo sunt corruptibilia. ⁊ di. phs ꝙ si conclusio non ē de omni oȝ ꝙ nulla premissarum sit de omni. aut ꝙ altera premissarum non sit de omni. sicut si conclusio est falsa vtraqȝ premissarum est falsa vel ad min⁹ altera.

**Silr āt se hȝ ⁊ de diffōne quoniaȝ est qui dem aut demōstrationis principiū diffinitio aut demōstratio pōne differens idest aut cōclusio quedam demonstrationis.**

¶ Ex predictis infert phus ꝙ nulla diffinitio est corruptibiliȝ. q: omnis demr̄atio fundamentaliter radicat̄ in diffinitione. cū diffinitionū aliq̄ sit demōstrationis principium. vt diffinitio dicens ꝓꝑ quid. ⁊ formalis. s. appetitus vindicte. ⁊ aliqua demr̄ationis ꝯclō vt diffinitio dicens quid. ⁊ malis. s. accensio siue ebullitio sanguinis in corde: ⁊ aliq̄ est virtualr̄ tota demonstratio vt accensio sanguinis i corde ꝓꝑ appetitū vindicte. ſȝ differt a dmōstratione pōne cū non sit in mō nec in figura. ¶ Notandū ꝙ ideo singularium nō sunt diffinitiones q: partes diffinitionis sunt forme ſȝ phm 5° metha. ⁊ 2° phi. ergo intellect⁹ tādiu diffinit ꝙ̄diu reperit formam. sed nō reperit formā denoīatiuē nisi in spē. q: singulare ē hmōi per mām. di. n. phs primo celi ꝙ q di. celū di. formā. ⁊ qui dicit hoc celum di. mām q: ergo taȝ diffinitū ꝙ̄ diffinitio ⁊ et partes ei⁹ dicunt formā. singulare aūt ſm ꝙ hmōi dicit mām. ideo non diffiniunt̄ singularia. sine. n. sint singularia siue non sint nō minus hō est aīal rōnale. ⁊ pluuia est aqua guttatī de nube cadens. deficientibus autē vlibus non dicerentur he diffinitiones de vlib⁹ hmōi diffinitis. sō tm̄ vlia diffiniunt̄ nō aūt singularia. ¶ Ex predictis sequit̄ ꝯ thomā ⁊ egi. ꝙ diffō subiecti formaliter ingredit̄ demonstrationē. q: sicut illa diffō que ē cōclusio demr̄ationis formalr̄ ingredit̄ demonstrationē. ita illa q̄ est principiū demōstrationis. ⁊ hoc manifestat phus di. diffinitionē aggregatā ex his eē totā demōstrationē. qm̄ illa aggregat in se pᵐ ⁊ finē demōstrationis i quibus vr̄ maxr̄ ꝯtinet̄ tota demonstratio. vn̄ sic pōt argui in concreto. ois appetens vindictā hȝ sanguinē in corde accensum. iracundus est appetens vindictā. ergo iracundus hȝ sanguinē in corde accensum. In abstracto autē sic. ois appetit⁹ vindicte est accensio sanguinis in corde. ſȝ ira ē appetit⁹ vindicte. ergo ira est accensio sanguinis in corde. vbi demōstrat̄ diffinitio mālis ꝑ formalē que est diffinitio idētica subiecti. ⁊ maxime ꝓbat itentū hoc motiuū. q: Egi. easdē diffinitōes exponit in hoc passu.

**Eoꝝ āt q̄ sepe fiunt demonstrationes sūt ⁊ scie vt lune defect⁹ manifestū est q̄dez quoniam secundū ꝙ hmōi sunt semper sunt. In quantū aūt non semꝑ secundū partē sunt. sicut aūt defectus. similiter est in alijs.**

Unū dubium Aristo. mouet ⁊ soluit. dictū. n. est omnē demonstrationē esse coꝝ que sunt sꝑ. cū ergo non sꝑ luna eclipset̄ nec semper nubes tonent nec semper lunaȝ eclypsatur sequtur eclipsim non demōstrari de luna nec tonitrui e de nube quod non videt̄ verum. ¶ Ad hoc dubiū respondet ꝙ talia prout de eis sunt demōstrationes habent sꝑ esse: di. ꝙ coꝝ que sepe fiunt sunt demonstrationes ⁊ scientie: non vt sunt sepe ſȝ vt sunt sꝑ vt defect⁹ lune ⁊ talia. manifestū. n. est ꝙ hec ſm ꝙ sunt vlia ⁊ demonstrabilia sunt semper. inquantū aūt non sꝑ sunt sed sunt ſm partē ⁊ particularia: de eis demonstratio non est. qđ hȝ veritatē de luna ⁊ de oībus alijs ꝯsimilibus. ¶ Notandum ſm Egi. ꝙ demōstrationem esse ex his que sunt semper potest ostendi ex consideratione omnium eorum que formaliter ingrediuntur demonstrationem. s. subiecti medij ⁊ passionis. ¶ Primo quidem considerando subiectum de quo fit demonstratio liquet oēs demonstrationem esse ex his que sunt semꝑ q: nihil demonstratur de hoc particulari subiecto vel de illo vt aīt temistius ſȝ de subiecto vli. ipm̄ aūt vle vbiqȝ est ⁊ sꝑ cum abstrahat ab hic ⁊ nunc. ¶ Scdo idē pȝ ꝯsiderando mediū per quod fit demōstratio. ipm̄. n. mediū est causa ꝓꝑ quam passio inest subiecto. sed sꝑ posita causa huiusmodi ponitur effectus. ideo ex parte cause omnis demonstratio ē coꝝ q̄ sunt sꝑ. ¶ Tertio hoc idē ondit̄ ꝯsiderādo passionē q̄ demr̄at̄. nā ipsa est ꝓprie ꝓpriuȝ cōpetens vni soli ⁊ sꝑ: non vt dicit actū ſȝ aptitudinē. q: homo non sꝑ ridet sed sꝑ risibilis est. ideo hec cōclusio. luna eclypsatur. demonstrat̄ ex his q̄ semper sunt cum semper luna sit ⁊ semper sit interpō terre ꝑ relatiōeȝ ad effectū ⁊ semper sit eclipsis non vt dicit actum ſȝ aptitudinem. ¶ Manifestuȝ āt videtur ꝙ sine eclypsis dicat actum siue aptitudinem sꝑ illa propositio demonstrabilis est ex his que sunt sꝑ. q: sicut causa dicit relationē ad effectū ita effectus dicit relationē ad causam. ergo sicut illa demonstratio est coꝝ que sunt semper cōsiderando causam vt relatam ad effectū ita eadem demonstratio est coꝝ que sunt sꝑ ꝯsiderando effectū vt relatū ad cām tam ſm actum ꝙ̄ ſm aptitudinē. sicut. n. non interponitur terra quin sit eclypsis ita nō est eclipsis quin interponatur terra. ⁊ tunc fit demr̄atio per hūc modū. qñcūqȝ terra interponitur inter solē ⁊ lunam luna eclypsat̄. sed qñ sol est in capite vel in cauda draconis terra interpo-

Huiusmodi igitur accipienda sunt vsque ad hoc primum quorum vnumquodque quidem in plus sit: omnia autem non sunt in plus. hanc. n. necesse est substantiam rei esse: vt trinitati inest omni numerus impar primus vtrobique: & sicut quod non est mensurari numero: & sicut quod est non componi ex numeris. hoc itaque iam trinitas est numerus impar primus & sic per se horum. n. quodque aliud. quod in paribus omnibus inest: vltimum autem & dualitati: omnia autem illi.

¶ Ista distinctione premissa phs ponit duas regulas. Quarum prima est ista. si accipiantur tot predicata alicuius diffinibilis non se extendentia extra genus quorum quodlibet in plus se habet quam diffinitum & omnia simul equaliter: ex talibus predicatis constituitur diffinitio essentialis illius. patet nam illi termini numerus impar vtrobique primus faciunt diffinitionem ternarii cum omnes simul conuertantur cum ternario: & quodlibet illorum cominus est ternario vt liquet. Et notanter dicitur non se extendentia extra genus propter terminos transcendentes & diuersorum predicamentorum ex quibus non debet fieri talis diffinitio. ¶ Notandum primo secundum Ari. quod numerus dupliciter dicitur primus. s. primitate mensurationis. & primitate compositionis. Numerus primus primitate mensurationis est ille qui non mensuratur aliquo numero. & sic solum binarius vel ternarius est numerus primus sed etiam quinarius & septenarius & generaliter quilibet numerus impar. Numerus vero primus primitate compositionis est ille qui non componitur ex numeris. & sic nullus est numerus primus nisi binarius & ternarius. Et si dicitur quod ternarius a.b.c. componitur ex numeris. s. ex binario a.b. & ex alio binario b.c. soluitur per hoc quod intelligitur de numeris non communicantibus. modo illi duo binarii inuicem communicant eo quod b. vnitas vnius est vnitas alterius. diffinitio quinarii non est numerus impar primus quia tunc quinarius esset ternarius: sed illius diffinitio est numerus impar vtrobique primus. ita quod sit primus primitate mensurationis & primitate compositionis. ¶ Secundo notandum quod sicut compositum naturale solum constat ex materia & forma. ita diffinitio essentialis solum constare debet ex duobus. s. genere propinquo & differentia vltima. quorum primum dicit potentiam vt materia. & 2m dicit actum vt forma 3m autem non requiritur. quia duo talia neque diuo neque colia coniungi debet. aliquando tamen innominatum est genus proprium & tunc loco illius ponendum est genus remotum vsque ad differentiam vltimam. vt si esset diffinitio hominis animal mansuetum bipes. animal mansuetum accipitur loco generis proprii & propinqui. bipes vero se habet vt specifica differentia. & si ignota est nobis differentia propria loco illius sumende sunt due vel tres differentie communiores que coniuncti conuertantur cum diffinito. & ignota differentia hominis propria loco eius accipitur gressibile bipes. quod conuertitur cum homine. sed tam gressibile quam bipes sit communius. talia. n. competunt diffinitioni hominis. quia per gressibile conuenit homo cum aliquibus terrestribus. & differt a volantibus. per bipes autem conuenit cum volantibus & differt a terrestribus. ¶ Tertio notandum quod si aliqua duo respectu tertii se habent in plus & totum in eque oportet quodlibet illorum restringere & restringi. & consequenter esse excedens & excessum. modo in diffinitione vera non sunt aliqua duo quorum quodlibet excedat & excedatur. nam in diffinitione vera sunt genus & differentia. vel si sunt plures differentie hoc erit secundum ordinem predicamentalem. quarum vna erit differentia generis superioris & alia differentia generis inferioris. vt substantia animata sensitiua si primum datur illa non se habent sicut excedentia & excessa. quia differentia non se extendit extra genus suum. si 2m iterum non quodlibet illorum est excedens & excessum. quia differentia generis inferioris

Notandum primum

Notandum 2m

Notandum 3m

rioris nō pōt excedere drīam generis superioris. Ex q̄bus sequitur q̄ diffō cōtinēs plura quoꝝ quodlibet est in plus ⁊ totū in eque nō est diffinitio vera. sed suppler vlcē vnius diffōnis vere. idō regula hic tradita a pħo nō est bona simpliciter. sed bona in casu. quādo. s. ignorat̄ drīa vltima spēi.

**Quoniā aūt ostensū iā ē in supioribus q̄ necessaria sunt i eo q̄ quid est p̄dicantia. vlīa aūt necessaria sunt. In trinitate āt ⁊ i quoq3 alio sic accipiunt̄ in eo q̄ qd est: accepta sic ex necessitate erit trinitas hec.**

¶ Declarata hac regula arī. pbat illā esse diffōnem ternarij per duas conclusiōes. q̄rū p̄ria est ista. nūerus impar vtrobiq3 p̄imus inest de necessitate ternario pbat̄ oē quod inest alicui vlr ⁊ in eo qō qd est inest illi de necessitate. sed nūerus ipar vtrobiq3 p̄imus inest ternario vlr ⁊ in eo qd q̄d est. ergo p3 p̄ñā. cū maiori ex deteriis p̄mo huius. ⁊ minor declarat̄. q2 oīs ternarius ē numerus ipar vtrobiq3 p̄im⁹. ⁊ ad interrogationē factaz p quid est ternarius rn̄det̄ q̄ nūerus ipar vtrobiq3 primus. ¶ Dubitatur q2 paritas ⁊ iparitas eē p̄rimū ⁊ n̄ esse p̄imū vident̄ eē drīe accn̄tales ⁊ q̄dā ppietates numeri. nō igit̄ p̄dca diffinitio p̄dicat eēntaliter ⁊ in q̄d de ternario. ¶ Rn̄detur q̄ tales ppietates ponunt̄ loco drīarum eēntaliū. sicut etiā in diffōne aīalis ponit̄ sensitiuū quod est passio ppria aīalis ⁊ nō drīa eēntalis. ⁊ in diffōne hoīs ponitur bipes gressibile p̄nātū q̄ dicūt̄ ppietates accn̄tales v3 figurā ⁊ organizanonē mēbroꝝ corporis. sepe. n. nomina subaꝝ ab accn̄tibus sunt assūpta. vt lapis a lesione pedū ⁊ petra a tritione pedis. q̄a petra dr̄ quasi a pede trita fm̄ etymologiaz vocabuli.

**Quod āt substantia sit ex his: manifestū est. necesse. n. ē nisi hoc eēt trinitatis eē: vt genus aliquid esse: hoc aūt noīatū: erit igit̄ in plus q̄3 trinitati inesse. cōcessū3. n. est hmōi esse genus. q̄dcunq3 scdm potentiā in plus est. Si itaq3 nulli inest aliū q̄3 athomis trinitatis: hoc vtiq3 erit trinitatis esse. suppōatur. etenī hoc vniuscuiusq3 substātia eē. que est in athomis vltimum p̄dicamētu3. Quare sic ⁊ alii cuilibet sic demōstratoꝝ eē inerit.**

Dclo 2ª p̄ini capituli tertii tractatus.

¶ Secūda conclusio nūerus ipar vtrobiq3 p̄imus est diffō eēntialis ⁊ quidditatiue ternarij. pbat̄. omne quod p̄dicat̄ vlr in eo q̄d qd est de aliqua specie. est diffō vel genus illius. p3 p̄ñā cū minori ex alia cōclusiōe. maior āt est nota. q2 nihil p̄dicat̄ in quid nisi spēs genus vel diffō drīa. n. nō p̄dicat̄ in quid. sed quale. per por. Tūc sic nūerus impar vtrobiq3 p̄imus p̄dicat̄ de ternario. genus vel diffō supple eēntialis ⁊ q̄ditatiua: sed nō tanq3 gen⁹ q2 conuertitur cū ternario ⁊ nulli inest nisi ternario ⁊ suis indiuiduis. igit̄ tanq3 diffō q̄ditatiua ⁊ eēntialis. minor vero p3 iductiue. q2 nulli genus siue sit noīatū siue inominatū cōuertitur cū spē. ¶ Notandū p̄rio fm̄ phz q̄ nō habet̄ vltimū p̄dicatū nisi in athomis. i. in indiuiduis spēi. q2 hoc mō fit diffō sēp aggregādo drīas donec totū aggregatū sequet̄ spēi. q2 aggregatū nō p̄dicat̄ nisi de indiuiduis. fecit. n. pħs speciale mētionē de athomis q̄ est diuisibile in spēs nō ppie diffinit̄. sed q2 est diuisibile in indiuidua. nullū. n. equiuocū ppriissime diffinitur equiuocationis. latēt. n. in generib⁹ equiuocatōes fm̄ arī. septio phy. ppter diuersas rōnes quas continet spērū.

Nota p̄m

potestate. n. genus p̄tinet omnes spēs. inquit por. in vlibus. ¶ Notandū scdo. fm̄ pħm q̄ genus fm̄ potentiam in plus se h3 q̄3 ea que sunt in genere. q2 sicut ma p̄ma est in p̄ra potētia cū nō sit ex se quid nec qualis nec quanta. septio meta. sed terminat̄ p formā ita genus est potentiale ad omnes drīas ⁊ species cum nulla sibi determinet. ⁊ per drīam aduenientem sibi cōtrahit̄ ad determinatā spēm vt asserit por. dicēs differētiā adueniēs generi cōstituit spēm. ¶ Et cōcludit pħs q̄ ea que dcā sunt de ternario possunt aliis spēbus applicari mō consimili diffiniendo illas per plura quoꝝ quodlibet ī plus ⁊ totū in eque. i. totum inexīs diffinito equaliter ⁊ conuertibilr ⁊c. ¶ Sed dubitat̄. nā sola suba diffinitur eēntialiter ⁊ q̄ditatiue. p arī. septio meta. s3 ternarius est accidens cū sit spēs p̄dicamenti quātitatis fm̄ pħm in predicamētis. igitur nō debet diffiniri essentialiter ⁊ quidditatiue. Dicendū q̄ aliquod accidens h3 modū substantie. s. nihil extrinsecū cōnotando: aliquod aūt h3 modu3 accidentis. v3 aliquod extrinsecū cōnotādo. vnde albedo ⁊ nigredo ⁊ hec talia non cōnotant sua suba nec aliquid aliud. simitas aūt ⁊ crispitudo cōnotant sua substātia. ideo albedo ⁊ nigredo. ⁊ huiusmodi hn̄t modū substantie. simitas aūt ⁊ crispitudo q2 cōnotant nasū ⁊ caput habent modum accn̄tis iō talia non diffiniuntur pure q̄ditatiue. s. per pprium genus ⁊ per ppriam drīam diuisiuam illius generis ⁊ cōstitutiuā spēi intrinsece per modū p̄tis essentialis. alia vero bene diffiniuntur pure quiditatiue ex quo habent proprium genus ⁊ propriaz differentiam hn̄tem rōnem actus ⁊ forme. ⁊ quādo nō habet̄ talis drīa eēntialis. loco eius accipiat̄ aliqua differentia accidentalis. vt videbitur infra. vt albedo ē color congregatiu⁹ visus. ⁊ nigredo est color disgregatiuus visus eo modo quo diffiniunt̄ spēs substantie. vt equus est animal hinnibile ⁊ asinus est animal rudibile constat aūt q̄ binarius ⁊ ternarius l3 sint accidentia. tn̄ habent modū substantie ⁊ non subiin nec aliq̄d extrinsecū cōnotādo. iō bn̄ diffinit̄ binarius p nūerū parem vtrobiq3 p̄imū ⁊ ternarius per nūerum imparē vtrobiq3 p̄imum.

Dicēdū p̄m

Rn̄ p̄m

**Cōgruū āt est cū totū aliqs negociet̄ ꝺpartiri genus in athoma spē p̄ria. vt nūerus in dualitatem ⁊ trinitatē. postea sic diffōnes illoꝝ accipere tentare. vt recte linee ⁊ circuli ⁊ recti anguli. post hec āt accipientes q̄ genus sit. vtrū quātitatū. aut qualitatū. pprias passiones speculari p cōia p̄ria ꝯpositis. n. ex athomis ꝯueniētia ex diffōnibus erunt manifesta. ppter hoc q̄ pricipiū oīu3 diffōnū q̄ simplex est: ⁊ simplicibus p se inesse cōuenientia solis. aliis aūt scdm illa.**

¶ Scdā regula est ista. si accipiat̄ pprīū gen⁹ ⁊ ppria drīa eēntialis illa ꝯstituūt diffōnē eēntialē termini diffinibil̄. p3 qm̄ si animal ē hoīs ppriū genus. ⁊ rōnale ppria ac eēntialis eius differentia. totum hoc aīal rōnale ē diffinitio eēntialis ⁊ quiditatiua hominis. pprīū aūt genus inuenit̄ p diuisionē illius in spēs sp̄alissimas eo mō quo diuidit̄ nūerus in biariū ⁊ ternariū p quā diuisionē diffiniunt̄ illa ponēdo ppriū genus in diffōne. ⁊ idē itelligit̄ in aliis. s. q̄ ponat̄ ppriū ⁊ imediatū genus in diffōne. vt patet diffiniēdo circulū lineā rectā vel angulū rectū. ¶ Notādū p̄rio fm̄ Egi. q̄ generis triplex ē diuisio in suas partes subiectiuas. Prima est generis cōiora in genera subalterna vt si diuidat̄ q̄titas p ꝯtinuū ⁊ discretum. aut aīal p bipes ⁊ q̄drupes. ⁊ tūc gen⁹ nō igredit̄ diffōnē spēi sp̄alissime. Scdā ē generis i spē3 sp̄alissimā ⁊ spēm subalternā eo mō quo diuidit̄ aīal ī hominē ⁊ brutū ⁊ sic solū ingredit̄ diffōnē p̄imi mēbri q2 sola spēs sp̄alissima diffinitur pprie. Tertia est generis i spēs sp̄alissi

sunt ⁊ nulla specieꝫ nu͂eri aut figure ꝑ tot d̃rias diffiniri
qꝛ per plures in infinituꝫ aliq̄ alia diffinibilis fit et quo
sunt simpliciter infinite spe͂s nu͂eroꝝ ac figuraꝝ. ⁊ ꝯñter
sequit̃ ꝙ aliq̄ sint genera que nõ possu͂t euacuari ꝑ di-
uisione͂. s. nu͂erus. ⁊ figura que oi͂a sunt absurda. ¶ Di
ce͂du͂ igit̃ ꝙ inter aial ⁊ suas spe͂s spa͂lissimas nõ est ali-
ud genus mediu͂ sicut necꝫ inter figura͂ ⁊ suas spe͂s. aut
inter nu͂eꝝ bina͂u͂ aut quaternariu͂. ⁊ si homo aut bestia
aut bipes aut quadrupes dicitur e͂e gen⁹ hoc est ẜm fa
mositate͂ ⁊ nõ ẜm veritate͂ eo mõ quo triangulus dicit̃
e͂e gen⁹ ⁊ ysochele͂ equilateru͂ ⁊ gradatu͂ e͂e spe͂s. quod
nõ est ẜm. vt d̃claraui in p̃io hui⁹. ⁊ si homo vel bestia
vel bipes aut quadrupes p̃dicat̃ de plurib⁹ differe͂tib⁹
spe͂. nõ tñ est genus. qꝛ nulli͂u illoꝝ p̃dicat̃ in q̄d. ¶ Sz
forte arguit̃ sic d̃ria adueniens generi co͂stituit spe͂m. igit̃
sicut ex aiali ⁊ rõnali fit aliq̄ spe͂s ita ex aiali ⁊ irrõnali.
sed nõ fit spe͂s spa͂lissima. qꝛ talis diffõ predicat̃ de plu-
ribus differe͂tib⁹ spe͂. igitur fit spe͂s sub alterna. Rñdet̃
ꝙ si aliq̄d gen⁹ diuidit̃ ꝑ d̃rias indiuisibiles quelibet ea
rum adueniens generi co͂stituit spe͂m. ⁊ si diuidit̃ ꝑ d̃rias
diuisibiles nõ quelibet eaꝝ adueniens generi ꝯstituit spe͂z
vt corp⁹ aiatu͂ qd̃ nõ diuidit̃ nisi ꝑ sensitiuu͂ ⁊ insensiti-
uu͂ q̄ q̄dẽ d̃rie adueniẽtes generi ꝯstituu͂t aial ⁊ pla͂ta͂. q̄
sunt spe͂s subalterne. si au͂t aliq̄d gen⁹ diuidit̃ ꝑ duas dif
ferentias quaru͂ vna sit indiuisibilis ⁊ altera diuisibilis. dif
fere͂tia indiuisibilis adueniens generi co͂stituit spe͂m. d̃ria
au͂t diuisibilis opposita illi nõ co͂stituit spe͂m necꝫ diffõ-
ne͂. sed imediate diuidit̃ in alias d̃rias indiuisibiles co͂sti
tuentes spe͂s ⁊ diffõnes specieꝝ. verbi gratia. figura di-
uidit̃ imediate ꝑ h̃re angulu͂ ⁊ carere angulo. vt colligi
tur de mente ph̃i. ⁊ co͂me͂. p̃io phy. quaru͂ d̃riaꝝ vna
est indiuisibilis. s. carere angulo. qꝛ nõ ꝯperit nisi vni spe
ciei spa͂lissime. vꝫ circulo. alia au͂t est diuisibilis. s. h̃re an
gulu͂. ⁊ illa imediate absqꝫ co͂stõne speciei vel diffõnis
diuiditur in infinitas d̃rias ꝯstituentes infinitas spe͂s figu
raru͂. Sic nu͂erus lꝫ diuidat̃ ꝑ d̃rias diuisibiles que su͂t
par ⁊ ipar. tamẽ qꝛ diuiditur per alias d̃rias quaꝝ vna
est indiuisibilis ⁊ alia diuisibilis. nõ habet sub se gen⁹ qd̃
sit species co͂stituta per d̃riam diuisibile͂. diuidit̃. n. nũe
rus ꝑ nu͂eru͂ simpliceꝫ ⁊ co͂positu͂ intelligendo ꝑ nu͂eru͂
simplice͂ illu͂ qui nõ co͂ponitur ex aliquo nu͂ero. ⁊ ꝑ
nu͂erum co͂positu͂ illu͂ qui co͂ponit̃ ex numero ¶ Consi
militer dicat̃ de aiali ꝙ lꝫ diuidat̃ ꝑ bipes ⁊ q̄drupes
aut per alias d̃rias diuisibiles corru͂de͂tes his. tñ nõ hꝫ
genus sub se ꝯstitutu͂ ꝑ aliqua͂ illaꝝ d̃riaꝝ. qꝛ hꝫ alia͂
diuisionem magis ꝓpria͂ ⁊ e͂enale͂ sibi qua diuidit̃ per
rõnale ⁊ irrõnale. quaꝝ p̃ia est indiuisibilis cu͂ nõ com
petat nisi homini. alia vero ẽ diuisibilis. qꝛ co͂petit plu-
ribus specieb⁹ aialiu͂. iõ talis aut bipes aut q̄drupes non
co͂stituit genus nec spe͂z nec diffõne͂. sed imediate desce͂
dit in alias spe͂s per d̃rias indiuisibiles eo mõ quo actus
⁊ pote͂tia adueniẽtes enti nõ ꝯstituu͂t genus necꝫ spe͂m.
necꝫ diffõne͂. sed immediate diuidunt per actum suba
lem ⁊ accn͂tale͂. per pote͂na͂ accn͂tale͂ ⁊ sb̃a͂tialem desce͂
dendo in decem gn͂alissima deceꝫ p̃dicamentoꝝ. ¶ Ad
tertiu͂ d̃r ꝙ sicut elemẽta dicunt̃ corpora simplicia sim
plicitate opposita co͂positioni ex materia ⁊ forma nõ ob
sta͂te ꝙ ꝯponant̃ ex m̃a ⁊ forma. ⁊ ip̃a m̃a ⁊ forma di
cunt̃ simplicia simplicitate opposita ꝯpõnt ex m̃a ⁊ for
ma non obsta͂te ꝙ ꝯponãtur ex ptib⁹ integralib⁹. ita ge
nus et d̃ria sunt p̃ncipia simplicia simplicitate opposita
co͂põni ex genere ⁊ d̃ria non obsta͂te ꝙ genus co͂po-
natur ex actu ⁊ potentia. ⁊ d̃ria ex e͂e ⁊ essentia ꝓpte-
rea genus nõ est m̃a cum includit essentialr̃ actuꝫ ⁊ po
tentia͂. d̃ria autem ⁊ si nõ sit nisi actus. nõ tñ est act⁹ pu
rissimus. qꝛ admiscet̃ potentie generis. ¶ Ad q̄rtum d̃r
ꝙ illud qd̃ ꝯuenit generi tanq̄ȝ diuisiuum illi⁹ aut facies
vnum cum eo co͂petit ei nõ per aliud. iõ risibile non
est diuisiuum animalis necꝫ faciens vnum cum eo. sed
facit vnu͂ cu͂ hoie. ideo aiali co͂petit rõe hoi͂s simpliciter.

habere tres angulos equales duobus rectis nõ est diui
siuu͂ figure necꝫ facie͂s vnu͂ cu͂ ea. sed cu͂ tria͂gulo. iõ nec
figure nec alteri co͂petit nisi rõne tria͂guli. rõnale au͂t ⁊ ir
rõnale facivnt vnu͂ cu͂ aiali aut diuidu͂t ip̃m: iõ talia co͂pe
tunt aiali per se ⁊ nõ per aliud. sicut. n. a linea fluu͂t due
passiones opposite. s. rectu͂ ⁊ curuu͂ ⁊ a nu͂ero due alie.
vꝫ paritas ⁊ iparitas. ita a quolibet gene͂ fluu͂t due d̃rie
e͂enales opposite. vt ab aiato corpore sensitiuu͂ ⁊ insen
sitiuu͂. ⁊ ab aiali rõnale ⁊ irrõnale. sicut ergo rectum ⁊
curuu͂ co͂petu͂t linee ꝑ se ⁊ nõ ꝑ aliud. ⁊ paritas ⁊ ipari
tas co͂petu͂t nu͂ero ꝑ se ⁊ nõ per aliud. ita rõnale ⁊ irrõ
nale co͂petu͂t aiali per se ⁊ nõ ꝑ aliud: sicut ergo forma
n̄alis co͂petit m̃e tanq̄ȝ subo ⁊ ꝯposito tanq̄ȝ toti ita dif
ferentia co͂petit generi tanq̄ȝ subo ⁊ spe͂i tanq̄ȝ toti. ita ꝙ
est actus generis: ⁊ pars spe͂i. ꝓpterea d̃ria ꝑ se co͂petit
tñ generi q̄ȝ spe͂i. sed nõ eode͂ mõ. Et si ex his co͂cedit̃ ir
rõnale bipes aut quadrupes. vel alia d̃ria loco illaꝝ po
nenda facere vnu͂ cu͂ genere aut co͂stituere spe͂m illd̃ nõ
est intellige͂du͂ co͂plete ⁊ in actu. sed ico͂plete ⁊ in pote͂na
eo mõ quo forme subales elementoꝝ faciunt vnu͂ cum
m̃a. ⁊ co͂stituu͂t vnu͂ in spe͂ in generatiõe mixtoꝝ.

Ed diffõnes que su͂t scd̃m differen
tias viles sunt in id qd̃ sic adeam⁹.
sicut tñ demõstra͂t dictu͂ est in priori
bus. viles au͂t sunt vtiqꝫ sic solu͂ ad colligen
du͂ qd̃ quid est: ⁊ etia͂ videt̃ vtiqꝫ nihil lꝫ mo
ru͂ vtiqꝫ accipere oi͂a tanq̄ȝ si ex principio ac
ceperit aliqs sine diuisione.

diuisiones

¶ Istud est secu͂du͂ capitulum huius tractatus in quo
ari. postq̄ȝ dedit arte͂ inuestiga͂di diffõne͂ subiecti dat mo
du͂ ꝓcede͂di in arte per quattuor co͂clusiones. quaꝝ p̃ia
est ista ad diffõne͂ inuestiga͂da͂ vtilis est diuisio nõ illatiue
sed collectiue. ¶ Scd̃a ꝯclusio. particule diffõnis pone͂
de sunt in diffõne ẜm e͂entiale͂ ordine͂ p̃dicamẽtale͂. ibi dif
feret au͂t. ¶ Tertia co͂clusio. diffinitu͂ nõ scit̃ per diffõne͂
si relinquit̃ aliqua diuisio inter genus ⁊ spe͂m diffinibi-
le͂. ibi. Amplius nihil. ¶ Quarta co͂clusio. in diffõne su͂t
accipienda p̃dicantia in quid ẜm magis ⁊ min⁹ co͂e eua
cuantia tota͂ na͂m diffiniti. ibi ad ꝓbãdum au͂t. ¶ P̃ia
ꝯclo arguit̃. ⁊ p̃io quo ad p̃ima͂ parte͂. s. ꝙ ad diffõne͂
inuestiga͂da͂ nõ est vtilis diuisio illatiue. quonia͂ si diffini-
tio ꝑ diuisione͂ illatiue ꝯcludit̃. aut igit̃ ꝑ discursu͂ syllo
gisticu͂ aut per discursu͂ entimematicu͂ destructiuu͂. non
p̃imu͂ qꝛ per tale͂ syllogismu͂ nõ ꝓbat̃ iunctum cu͂ nõ pl⁹
co͂cludit̃ diffõ alicuius q̄ȝ suu͂ oppositum vt oe͂ aial est
aial rõnale vel aial irrõnale. sed omnis homo est aial.
igit̃ oi͂s hõ est aial rõnale vel aial irrõnale. hic co͂cludit̃
totu͂ illud disiu͂ctu͂. ⁊ nulla eius pars. nõ etia͂ scd̃m. qꝛ ꝑ
talem discursu͂ co͂mittitur fallacia petitionis p̃ncipij. vt
omnis homo est aial rõnale vel irrõnale. sed nihil qd̃ ẽ
hõ est animal irrõnale. igitur omnis hõ est aial rõnale.
assumit̃ enim in minori qd̃ debet ꝓbari. ⁊ ita nõ habet̃
plus diffõ hoi͂s q̄ȝ in principio. ¶ Secu͂da pars co͂clusi
onis declaratur vꝫ ꝙ ad diffõne͂ inuestigandaz est vtilis
collectiue diuisio. na͂ habita spe͂ ⁊ habito genere eiusdeꝫ
alicuius predicamenti diuidat̃ illud genus per differen
tias vsqꝫ quo deueniatur ad differentiam ꝓpriam co͂pe
tentem illi ⁊ nõ alteri. qua habita aggreget̃ generi. ⁊ ha
bebitur diffinitio speciei signate. verbi. g. cognito ꝙ hõ
⁊ substantia sunt eiusde͂ predicamenti: diuidatur sb̃a ꝑ
corporeum ⁊ incorporeu͂. ⁊ intellecto ad sensum ꝙ hõ
non est incorporeus. diuidatur corporeu͂ per animatum
⁊ inaiatum. ⁊ qm̃ sensu ⁊ motu distinguit̃ aiatum ab
inaiato. optime cognoscet̃ homine͂ e͂e corp⁹ aiatu͂. ⁊ qꝛ
nõ oe͂ corpus aiatu͂ est hõ. ite͂ oportet diuidere aiatu͂ ꝑ
se͂sitiuu͂ ⁊ inse͂sitiuu͂ sorna͂do duo gn͂a. s. aial ⁊ pla͂ta͂ ꝑ ag
gregatione͂ illarum differentiarum ad suum genus. ⁊ co
gnito ꝙ homo nõ ẽ pla͂ta sed aial qꝛ sentit: oꝫ subseq̄n͂

p̃o ꝯ. se
cundi ca
pituli ist
tractat⁹

ter aial diuidere p rõnale & irrationale: deinde aggregare illam differentiã rõnale illi gñi animal & habebit diffõ hois p hoc q ois hõ est aial rõnale & ecõtra. diffinitio ergo inuestigat p viaz cõpõnis & diuisionis sic q diuisio semper pcedit cõpõnẽ. Primo eni diuidit gen⁹. dein de cũ gñe fit cõpõ differentie. & hr diffõ. ¶ Notandũ q nihil p se est i pdicamento substãtie nisi p se existens vel pars p se existẽtis cũ hoc sit ppriũ illi pdicamẽto. sõ diuiso aialt p pennatũ. aut p risibile & hinnibile. aut p aliqs tales drias cõuertibiles cũ spẽ diffinibili videat si he differentie vltime sunt p se existẽs: vel ptes essentiales p se existẽtiũ aut nõ. si sic: tũc addant generi & fiet diffinitio inuestigãda. si aũt nõ sunt ptes ois dimittat. q: p aggregationẽ illaz ad gen⁹ fierẽt diffinitiones accñtales & non essentiales. iste nãq sunt diffinitiones accñtales animal risibile vel hinnibile cũ risibilitas & hinnibilitas sint accñtia & nõ substãtie. ¶ Ex pdictis sequit q bipes & qdrupes pẽnatũ & sine pẽnis. gressibile & reptibile seu volatile & natabile nõ possunt cõstituere aliquã diffinitionẽ eẽntialẽ pdicamẽti substãtie cũ nõ sint nisi pprietates accidẽtales generũ & speciẽ pdicamẽti substãtie. aliqñ tñ ponũt in diffinitionib⁹ essentialib⁹ substãtiaz pp̃ter carẽtiã terminoz cõpetẽtiũ differentiis eẽtialib⁹ pdicamenti substãtie. ita & paritas & iparitas cũ sint pprie passiões numeri sicut rectũ & curuũ linee nõ cõstituũt nisi diffinitiones accidẽtales. licet iterdũ accipiant tanq̃ pprie & essentiales differẽtie pp̃ter carẽtiã pprioz nominũ. ¶ Sed dubitat. qñ lõgitudo est ppria passio linee. & latitudo superficiei. & pfunditas corpis. & tñ Aris. in pdicamẽtis. in capitlo de q̃titate diffinit lineã p lõgitudinẽ. & supficiei p latitudinẽ. & corp⁹ p pfunditatẽ assignãdo illas diffinitiones nõ tanq̃ accñtales: sed eẽntiales. alioqn nõ verificarent de suis diffinitis. sicut nulla ppria passio verificat in abstracto de suo subiecto. Rñdetur q q̃libet illarum diffinitionũ est accñtales. linea est lõgitudo sine latitudine & pfunditate cui⁹ extrema sunt duo pũcta. supficies est latitudo sine pfunditate cui⁹ extrema sunt due linee. corp⁹ est pfunditas cui⁹ extrema sunt due supficies. sz sumitur loco illoz. linea est q̃titas cõtinua cui⁹ extrema sunt duo pũcta. supficies est q̃titas cõtinua cui⁹ extrema sunt due linee. corp⁹ est q̃titas cõtinua cui⁹ extrema sunt due supficies. aliter cõcedo q nulla illaz diffinitionũ que dat p pprias passiones verificat i recto d diffinito suo. sed intelligende sunt in obliquo isto mõ. linea est q̃titas cõtinua in q̃ est lõgitudo tñ. supficies est q̃titas cõtinua in q̃ est latitudo sine pfũditate. corp⁹ est q̃titas continua in qua est profunditas terminata superficiebus.

Differt aũt aliquod pdictoz prius & posterius pdicari. vt est dicere animal mansuetum bipes. & quoniam bipes. aut animal mãsuetum. & itez ex hoc & differentia est homo aut quodlibet esse. Unde sic necesse est diuidenter repetere.

¶ Sõa cõclusio. particule diffõnis ponẽde sunt i diffõne sm essentialẽ ordinẽ pdicamẽtalẽ. ita q pmo ponat genus. deinde differẽtia cõmunior. cõsequẽter vero dria specialior. bene eni dicit aial mãsuetũ bipes. sed non bñ dicit aial bipes mãsuetũ. quod Aris. sic declarat. omne cõpositũ ex duobus: ẽ ex vno tanq̃ ex potẽtia: & ex alio tanq̃ ex actu illius potẽtie. sz animal mãsuetũ ẽ ex duobus cõpositũ: ergo est ex vno. s. ex animali tanq̃ ex potẽtia cũ sit gen⁹: & ex alio tanq̃ ex actu ipsius. s. mansueto cũ sit differẽtia eiusdẽ patet cõsequentia cũ minori. maior vero est clara. quoniã ex duobus existentib⁹ in actu: vel ex duob⁹ existentib⁹ in potentia non fit aliqd vnũ. oportet eni semp q vnũ sit in actu: & reliquũ in potẽtia. deinde arg. sic sub eadẽ maiori. homo est aliqd vnũ compositũ ex aiali mãsueto & bipede. igit vnũ eoz se hz vt potẽtia. vz aial mãsuetũ. & reliquũ sicut act⁹ illi⁹. s. bipes. & sic mãsuetũ ẽ act⁹ imediat⁹ aialis. & bipes ẽ act⁹ imediatus mãsueti. igit mansuetũ dz addi imediate aiali. & bipes imediate mãsueto. pz cõña ex quo mõ itelligẽdi sunt a modis eẽndi. gnto mediãte itellect⁹ dz formare diffinitionis particulas sm q reperit in re. ¶ Notãdũ q ex genere & dria cõi cõstit genus ppiquũ q̃bus si addit dria minus cõis fit gen⁹ ppiqu⁹ vsq̃ quo accipiat dria ppria cõstituẽs spẽm. vt si aial hẽat gen⁹ sub se iuxta opinionẽ cõez. & diuidat p domesticũ siue mãsuetũ & idomitum & iterũ aial mãsuetũ p bipes & nõ bipes. totũ hoc aial mãsuetũ hz rõnẽ generis. si. n. scirem⁹ nomẽ illi⁹ generis. poneremus ipm. sed q: inominatũ est circũloquimur ipm p aial mãsuetũ. oiñ si bipes nõ ẽ ppria dria. & totũ hoc aial mãsuetũ bipes nõ cõuertit cũ hoie. totũ hoc se hz vt genus donec veniat ad driã ppriã q̃ cũ oib⁹ aceedens cõstituit spẽm. Primo igit ponit dria cõis. & deinde spãlis. q: ecõtra nihil cõstituit ex tali ordie. vnde ex genere remoto & dria spãli nihil cõstituit cũ nõ sit pprius actus illius potẽtie. sed ex generi e ppiquo & dria ppria hñ cõstituit spẽs. q: ẽ pprius act⁹ eius pponẽdo. n. driaz spãlem & postponẽdo cõem nõ cõstituit genus ppiquũ nec spẽs nec diffõ. sicut. n. ponẽdo formaliter elementa. in mixto forme elementoz sunt act⁹ imediati materie pme. & forma mixti est actus imediat⁹ cõpositi potentialr ex prima mã & formis elementoz. ita dria cõis est act⁹ imediatus generis remoti. & dria ppria est act⁹ imediatus cõpositi ex genere remoto & dria cõi. dz igit dici aial mãsuetũ bipes & non aial bipes mãsuetũ. nec mãsuetũ bipes animal.

Amplius ad nihil relinquẽdũ i eo qd qd est sic solũmodo cõtigit. cũ. n. primũ accipiat genus: siquidẽ iferiorũ aliquã diuisionẽ accipiat: nõ icidere ẽẽ in hoc. vt nõ oẽ aial aut totũ pẽnatũ est: aut diuisum pẽnis: sz pẽnatũ aial est oẽ. huius. n. dria hec est. pria autem dria est aialis in quã oẽ aial icidit. Silr autẽ est & in vnoquoqz aliorũ: & in his que extra genus & que sub ipsis sunt: vt in aue in quã ẽ ois auis. & pisce in quo est ois piscis. sic qui dẽ igitur ambulãs est qd est scire quãdo nihil relictũ est. aliter autem relinquere necesse est & nõ scire.

¶ Tertia cõclo. diffinitio nõ scit per diffõnẽ si relinqt aliq̃ diuisio int gen⁹ & spẽz diffinibilẽ. pz q: diffõ eẽntialr nullã relinqt driã iter gen⁹ & spẽz diffinibilẽ. q: si aliquaz relinqret aut nõ cõuerteret cũ diffinito aut dria posita in diffinitõe nõ eẽt act⁹ ppa⁹ generis qd ẽ flm. v. g. si aial diuidat p totũ pẽnatũ & diuisũ pẽnis nõ ẽ vtilis hec diuisio ad sciam diffiniti p diffõnẽ. q: aial nõ euacuat p istã diuisionẽ cũ aliqd sit aial qd nõ ẽ totũ pẽnatũ nec diuisũ pẽnis. p totũ pẽnatum intelligit. p. aial hñs solũ vnã pẽnã in ala. vt est vespertilio. & p diuisũ pẽnis itelligit hñs plures pẽnas in ala. aial ergo prio diuidit in gressibile & pẽnatũ. deinde pẽnatũ diuidit in totũ pẽnatũ & diuisũ pẽnis genus ergo diuisũ p drias gñis iferioris est male diuisum. q: nõ cõuertit cũ diuidẽtibus diffinctiz sumptis.

¶ Notandũ sz pñz q hec regla. s. tũc diuisio ẽ bõa qñ euacuat gen⁹ p diuidẽtia. nõ solũ itelligit de drijs aialis. sz ẽt de drijs q̃ sũt extra gen⁹ aial & ifra gen⁹ aial. si. n. dz diuidi lapis dz q nõ sit aliqs lapis de quo nõ dicat altera driaz. & si dz diuidi auis. dz q nõ sit aliq̃ auis d q̃ nõ dicatur altra driaz. silr nõ diuidit piscis si d aliquo pisce nõ verificat altra driaz. lapis aũt ẽ extra gen⁹ aial. sz auis & piscis sũt ifra gen⁹ aial. & vt lapis dein ẽ auis & piscis nõ sz gñaliter sm vitatẽ. sz tñ sz famositatẽ. & hec exẽplariter ponũt

p⁹. tertia cõclo ca/ pitli ter tii tractat⁹

de aīatī q̄ talia sunt nobis magis nota. eīn .n. diuiditur in subam ⁊ accn̄s ⁊ tn̄ accn̄s nō est genus non obstante q̄ suba sit gen⁹. ⁊ accidēs diuidat in absolutū ⁊ respectiuū quoꝝ nullū est genus. ita diuidit aīal p hoiē ⁊ bestiam. aut p auē piscē ⁊ terrestre aīal. ⁊ tamē nullū illoꝝ est genus cū eis deficiat p̄dicari in quod de plurib⁹ spēbus. s. n. q̄rit q̄d est hoc. nunq̄ respōdet auis aut piscis aut terrestre aīal ppter cōnotare extrinseca. sed bene qd̄ est bō vel equ⁹ aut aīal. Jmmo tamē loq hic de aīali ac si hr̄t gen⁹ subalternū sm̄ veritatē iuxta doctrinā arist. q̄ melius exprimit exēplificādo de aīali ⁊ de dr̄iis eius q̄ de aliquo alio genere.

Nihil autē oꝫ diffinientē ⁊ diuidentē oīa scire q̄ sūt: ⁊ tn̄ ipossibile q̄dā dicūt esse differentias cognoscere que sūt ad vnūquodq̄: nō cognoscentē vnūquodq̄ sine differentiis nō esse vnūquoq̄ scire: a quo nō differt idē esse huic a quo autē differt alterū ab hoc.

¶ Ex p̄dictis ari. excludit duos errores. quoꝝ primus erat q̄ nō cōtingit diffinientē aliquid scire p diuisionem alioquin quilibet diffinientē p diuisionē cōtingeret oīa scire. q: ipsi arguebāt sic ipossibile est aliqd scire p diuisionem nisi cognoscant oēs dr̄e eius ad oīa alia. sed nō cōtigit cognoscere dr̄as alicuius ad oīa alia nisi oīa cognoscat. igit ipossibile est aliquid scire p diuisionē nisi oīa alia sciant ⁊ cognoscant. p; p̄ña cū maiori eo qd̄ nullus scit diuidere aliqd nisi cognoscat oēs dr̄as diuisiuas illius. minor vero declarat ex eo qd̄ nō cōtigit cognoscere dr̄iam inter aliqua duo nisi vtrūq̄ illoꝝ cognoscat vt hr̄ scd̄o de anima caplō de sensu.

Primū quidem igitur hoc factū est: non enim secundum omnium differentiam alterum est. multe enim sunt differentie in eisdem specie: sed non scd̄m substantiam neq̄ p se.

¶ Hūc errorē phs dupl'r excludit. p̄mo negādo maiorē declarādo ipam nō esse verā. vꝫ ipossibile est aliqd scire p diuisionē nisi cognoscant omnes differētie eius ad oīa alia. qm̄ p diuisionē cōtingit hr̄e sciam de aliq̄ spē. s. de hoīe vel de equo. nec tn̄ ppter hoc cognoscunt oēs dr̄e illius ad oīa alia. qm̄ talis spēs hꝫ dr̄as eēntiales ⁊ p se ac etiā dr̄as acc̄ntales ⁊ p accidēs. mō ⁊ si p diuisionem cognoscitur aliq̄ spēs nō oꝫ dr̄as illi⁹ cognoscere. i. dr̄ias que nō sunt eēntiales nec p se. ¶ Notādū q̄ q̄druplr̄ solet assignari distinctio q̄bus apparet multiplicitas dr̄arū sm̄ porph. in vlibus. q̄ꝝ p̄ma est illa q̄ dr̄iaꝝ q̄dā est eēntialis ⁊ quedā accidētalis. dr̄ia eēnalis est illa que est diuisiua generis ⁊ cōstitutiua spēi vt sensitiuū ⁊ rōnale. dr̄ia acc̄ntalis est illa que fluit a p̄ncipiis spēi vel indiuidui vt risibilitas ⁊ simitas. ¶ Secūda distinctio q̄ duplex est dr̄ia accidētalis. s. ppria ⁊ cōis. dr̄ia ppria accidentalis est illa q̄ circūcernit subm̄ suū vt risibilitas ⁊ simitas. dr̄ia aūt acc̄ntalis cōis ē illa q̄ nō circūcernit subiectū suū vt albedo ⁊ nigredo. ¶ Tertia distinctio est illa q̄ duplex est dr̄ia ppria accidentalis. s. cōuertibilis ⁊ nō cōuertibilis. dr̄ia accidentalis ppria cōuertibilis est illa q̄ fluit a p̄ncipiis idiui. vt simitas ⁊ crispitudo. ¶ Quarta distinctio q̄ duplex est dr̄ia accidentalis cōis. s. sepabilis ⁊ insepabilis. dr̄ia accidentalis cōis sepabilis est illa q̄ potest corrūpi nō corrupto subiecto vt albedo sortis ⁊ nigredo pla. dr̄ia acc̄ntalis cōis insepabilis est illa q̄ non pōt corrūpi sine suo subiecto vt albedo cigni. ⁊ nigredo corui. ¶ Dicēdū igitur q̄ ad hoc vt aliqd sciat per diuisionē nō oꝫ cognoscere oēs dr̄as illi⁹. q: ⁊ si cognoscunt omnes dr̄e eēntiales ⁊ p se p̄mi modi tn̄ ppique q̄ remote. nō tn̄ cognoscunt omnes dr̄e acc̄ntales q: nō pprie neq̄ cōes nec sepabiles nec insepabiles.

Postea enim accipiant opposita ⁊ secundū differentiā ⁊ cū oē incidit hinc aut inde ⁊ accipiat in altero ⁊ q̄re esse: ⁊ hoc cognoscit. nihil enī differt scire aut nescire in q̄buscūq̄ p̄dicant oē alius dicere. Manifestū ē. n. quoniā si sic vadens veniat in hoc. quoꝝ nō amplius est dr̄ia: habebit rationem substantie.

¶ Secūdo eūdē errorē excludit phs cōsequenter negando minorē declarādo eā nō eē verā. s. nō cōtingit cognoscere dr̄as alicuius ad oīa alia nisi oīa cognoscant. q: si fiat diuisio p dr̄as oppositas ⁊ imediatas. ⁊ accipiatur vna differentiaꝝ cum diuiso ad cognoscendū diffinitionē de diffinito nō opotet pp hoc cognoscere illa quib⁹ inest alia differentia opposita. ⁊ tamē diffiniēs accipit diffinitionē p diuisionē veniens ad cōuertibile cū diffinito. verbi gratia diffinitio hoīs. si debet accipi. oꝫ q̄ diuidat aīal q̄ diuisione scd̄a rōnale copulādum est animali. ⁊ habebit diffinitio hoīs. neq̄ ex hoc opotet cognoscere oīa ea quibus inest differentia opposita. s. irrōnale sed sufficit cognoscere illam differentiā. ¶ Notandum sm̄ egi. q̄ diffiniens scit oīa dupliciter. s. vniuersaliter negatiue. ⁊ vlr positiue. p̄mo vlr negatiue. q: sciēdo hominem esse aīal rōnale scit nihil esse hominem quod nō est animal rōnale. Secūdo vlr positiue eo quod sciens talem diffinitionē scit diuidere genus p rōnale ⁊ irrationale. ⁊ cōsequenter scit oīa irrōnabilia contineri sub aīali. ⁊ omne quod est irrōnale vel nō differre a rōnali. ⁊ sic non solū spēs aīalis imo videtur omnia scire vniuersaliter ⁊ incōfuse. Et q: ex hoc notabili non habet expsse responsio ad euidentiā antiquoꝝ dicētiū vna cū phō q̄ non cognoscit differentia inter aliqua duo nisi quodlibet illoꝝ cognoscat loquēdo de cognitione distīcta. iō dicitur q̄ est duplex dr̄ia. videlicet cōis ⁊ singularis. si cognoscit dr̄ia singularis inter aliqua duo oꝫ quodlibet illoꝝ distincte cognosci. ⁊ hoc intellexit arist. scd̄o de aīa capi. de sensu cōi. si vero cognoscit differentia cōis. non oꝫ vtrūq̄ illoꝝ distincte cognoscere. sed sufficit q̄ cōfuse. illi aūt credebāt oīa distincte cognosci si cognoscebantur dr̄ie cōes alicuius generis quod nō est verū.

Omne aūt incidere in diuisionem si sint opposita quibus nihil interest non est repetitio. necesse enim est in altero ipsorum esse. si quod illius differentia est.

¶ Secūd⁹ error fuit quorūdā dicētiū q̄ diuidens aliqd gen⁹ dꝫ supponere sm̄ diuisionē gen⁹ euacuari p sua diuidenda q̄ nihil cōtineat sub genere de quo nō dicatur alterū mēbꝝ diuisiōis. Jstū errorē excludit phs di. q̄ nō op. illud supponere cū sit p se manifestū. diuisio eni p opposita ē p se nota. iō frustra suppōit. dixit. n. phs p⁹ h⁹ ponēs dr̄iā inī dignitatē inpōnē ⁊ petitoē q̄ dignitas ē ppō itelligibil' pp se absq̄ rōe extiōri solo lūie itellect⁹ agētis suppō aūt ē ppō demrābilis n̄ demrāta s̄ꝫ accepta adiscēti ⁊ petitio ē ppō demrābilis non demrāta indifferens adiscēti. cū igit diuisio generis sit p cōdictoria vel p imediata ad cōdictoria inter q̄ nō dat mediū. iō talis diuisio reducit ad dignitatē q̄ est simplr̄ p se nota. ⁊ nullomō demrābilis. iō diuidēs aliqd gen⁹ nemo oꝫ petere vel supponere cū illa diuisiō sue cōtradictionis sint indemonstrabilia. ¶ Notādū sm̄ phm̄ q̄ dr̄e euacuātes aliqd genus debent hr̄e duas cōditiones. p̄ma cōditio q̄ sint opposite. si enī diuidit aīal p gressibile ⁊ reptile. aut p gressibile ⁊ volatile n̄ euacuat gen⁹: non obstāte q̄ q̄libet eaꝝ possit esse dr̄ia aīalis. q: nō sunt dr̄e opposite. Scd̄a cōditio q̄ sint dr̄e imediate generis. iō diuisū pēnis ⁊ nō diuisū pennis. vel totū pennatū ⁊ non totū pēnatū. non euacuāt totū gen⁹ aīalis. q: nō sūt dr̄e imm

diate aialis. sed p̄enari. qd̄ ē genus inferi⁹ ad aial semp loquendo s̄m famositatē.

**Ad ,pbādū āt terminū p diuisionē. tria oz cōiecturari accipiētē predicātia i eo qd̄ qd ē.**

¶ Quarta cōclusio. in diffōne sunt accipiēda p̄dicantia in qd s̄m magis ⁊ minus cōe euacuāna totā nām diffiniti. Ista cōclusio hz tres ptes indicātes tria obseruāda eē in diffōne bona ⁊ simplr̄ bene data. quoꝝ p̄imū est ꝙ in diffōne sunt accipienda p̄dicantia de diffinito in eo qd̄ qd est. pz p methodū de accipiēte traditā secūdo topicoꝝ. vbi ōndit ꝙ oīa posita in diffōne insunt diffinito ⁊ p methodū de gñe traditā q̄rto topi. vbi ōndit oīa talia iēē diffinito vt gen⁹. ꝯstat āt gen⁹ icē diffinito i eo qd̄ q̄d est. ¶ Sz dubitabat. q: dicit por. dr̄iā p̄dicari in q̄le ⁊ nō in qd. ⁊ ph̄s supra posuit ꝙ de spē nō p̄dicat i qd nisi genus ⁊ diffinitio. igit nō oīa posita i diffōne p̄dicātur in q̄d de diffinito. ¶ Dicēdū ꝙ p̄dicari in q̄d intelligitur dupliciter. vno° ꝙ eētialr̄ ⁊ q̄ditatiue sm̄ p̄mo dicēdi p se. ⁊ sic loq̄t ari. h̄. Alio° ꝙ p illud r̄ndeat ad interrogationē factā p q̄d. ⁊ sic locut⁹ ē por. in vlib⁹. ⁊ arist. vbi supra. oē. n. qd̄ est de q̄ditate alicui⁹ dr̄ de illo p̄dicari in q̄d large loquēdo. qd̄ aūt est tota q̄ditas alicui⁹ dr̄ d̄ illo p̄dicari in qd ppr̄ie ⁊ stricte. ⁊ q: diffinitio est distincte tota q̄ditas spēi. ⁊ genus ꝯfuse. iō tā diffinitio q̄z genus pprie p̄dicat in q̄d de spē. nec obstat ꝙ gen⁹ ē eque pars spēi sicut dr̄ia. q: vt sic nō dicit totā eēntiā spēi. ⁊ ꝯñter vt sic nō p̄dicat i q̄d pp̄rie loquēdo. sz vt ē totū respectu spēi sic dicit totā eēntiā spēi ⁊ de illa p̄dicat in q̄d stricte loquendo.

**Et hec ordinare qd primū. aut qd scdz.**

¶ Scdm̄ obseruādū in diffōne bona ⁊ simplr̄ bn̄ data est ꝙ illa q̄ accipiūt in diffōne sunt ordinata p̄dicamentaliter s̄m magis ⁊ min⁹ cōe. pz q: i diffōne dz p̄io poni genus cōius oīb⁹ alijs. scdo dr̄ia cōior ⁊ prior. tertio dr̄ia sp̄alior. ⁊ sic ꝯñter vsq3 ad dr̄iā pp̄riam. ita ꝙ dr̄ia q̄nto est ppinquior generi tāto sit cōior. ⁊ iste ē ordo p̄dicamentalis ꝙ cōiora semp sint priora in diffōnib⁹. ¶ Dubitat. q: in diffōne ternarii ponit primus ⁊ impar quoꝝ nullū est altero cōius. sicut nec sequēs ad illud. q: ex impari nō seq̄t prim⁹ nec ecōtra. ¶ R̄ndet ꝙ illa diffō nō est bona simplr̄. sed solū in casu. iō nō ē incōueniēs ptes diffōnis nō se excedere. in diffōne aūt bona simplr̄ oz ptes gradati se hr̄e. ita ꝙ prior sit cōior ⁊ posterior min⁹ cōis. vt nō sit idē excedēs ⁊ excessū. neq3 restrīgēs ⁊ restrictū respectu eiusdē. ¶ Ex his seq̄t ꝙ nec bipes nec mortale in sua cōitate pōt addi aiali rōnali dato ꝙ aial rōnale nō sit diffō hoīs. sed ꝙ ꝯpetat eo iuxta doctrinā platonicoꝝ ꝙ tā bipes q̄z mortale in plus se hz q̄z rōnale diuidēs animal.

**Et quoniam hec omnia sunt.**

¶ Tertiū obseruādū in diffōne bona ⁊ simplr̄ bn̄ data est ꝙ ea que ponūt in diffōne debēt euacuare totā nāz diffiniti ita ꝙ nihil breuiter relinq̄t qd̄ sit ponēdū in diffinitione illius. Istud ē manifestū q: gen⁹ diuisū⁹ per dr̄ias pp̄rias ⁊ īmediatas euacuātes totū illud. ⁊ si vna dr̄iaꝝ illarū adueniēs generi nō cōstituit diffinitionē diffinibilis assignati oz illā dr̄iā sil' cū genere iterū diuidere vsq3 quo hēbit dr̄ia ꝯuertibilis cū diffinito nō differēs spē ab illo. diuiso. n. aial p rōnale ⁊ irrōnale si aial rōnale in plus se hz q̄z hō oz itez diuidere aial rōnale in dr̄ias ꝯuertibiles cū disciplinabili. ⁊ hēbit diffinitio hoīs. celū. n. si eēt aial rōnale nō eēt aial disciplinabile. q: nō cognosceret p discursū. tm̄. n. hō est aial disciplinabile.

**Est aūt hoꝝ vnū primū p id, quod possumus. sicut accidens colligere. quoniā est ⁊ p genus ,phare. Ordinare aūt sicut est oz: si p̄mū accipiat: hoc aūt erit si p̄mū accipiat ꝙ oībus inheret: illi āt nō oīa. necesse eni aliqd eē hmōi. Accepto aūt hoc iā3 in iferioribus idē modus erit. secūdū āt alioꝝ p̄imū erit ⁊ tertiū habētiu3. Remoto eni quod ē sursum ꝯtinuū alioꝝ p̄mu3 erit. silr̄ āt est ⁊ i alijs. Quod aūt oīa hec sunt: manifestum est ex eo ꝙ recipimus p̄mu3 secundum diuisionem: quoniā oē āt hoc aut hoc. Est autē hoc, ⁊ iterum totus differentia a toto nihil differre spē amplius hoc. Manifestu3 eni ē. quoniā3 neq3 plus apponit. oīa. n. que sunt in eo quod qd ē accipiunt hoꝝ neq3 deficit nihil. aut. n. genus aut differētia vtiq3 eēt. genus quidē igit ⁊ p̄mum ⁊ cum differētijs p̄us acceptu3 ē differentie enim omnes ꝯtinētur: nō enim amplius sunt vltima: specie eni differret vltimū. hoc autem est dictum non differre.**

¶ His habitis ari. ,pbat ꝙ p̄dicta tria sufficiūt ad diffinitionē ⁊ integrāt illā. sic arguēdo. illa integrāt diffinitionē3 quibus simul acceptis ⁊ obseruatis nihil in diffōne ponitur supflui neq3 diminutū. sed p̄dictis tribus acceptis simul ⁊ obsūatis nihil ponitur in diffōne supfluu3 nec diminutū. ergo ⁊c. pz ꝯña cū maiori ⁊ minor declarat p̄io ꝙ nihil supfluū ponit in diffōne illis trib⁹ obseruatis. q: oīa posita in diffōne p̄dicant de diffinito in eo qd̄ q̄d ē. Scdo ꝙ nihil deficit. q: nō genus cū p̄mit⁹ ponat in diffōne. nec dr̄ia enim oēs ponant inter gen⁹ ⁊ spēm specialissimā. nulla. n. dimittit inter p̄imā ⁊ vltimā. per p̄imū ergo documētū nihil ponit supfluū. q̄a oīa illa p̄dicata sunt eētialia diffinito. p scdm̄ nihil ponitur diminutū. q: ibi est ordo essentialis predicamētī s̄m prius ⁊ posterius. p tertiū vero nihil deficit. q: sunt oēs dr̄ie. ¶ Contra p̄dicta arg. multipliciter. nam dato illis sequit p̄io ꝙ aial gressibile bipes nō ē diffinitio eētialis hominis ꝯsequēs ē falsū ⁊ ,pbat ꝯña. q: bipes nō ē dr̄ia pp̄ria hoīs. igitur aliquid relinquit. ¶ Secūdo sequit ꝙ aial rationale bipes nō est diffinitio eētialis hoīs. q: bipes est dr̄ia cōior q̄z rōnale. ideo deberet dici aial bipes rationale ⁊ non rōnale bipes. cuius tamen oppositum per ph̄m pz. ¶ Tertio ꝙ aial rōnale non est diffinitio hominis. consequēs falsu3. q: iuicē ꝯuertunt. ⁊ pz ꝯña. quia aial diuidit in māsuetū ⁊ indomitū. ⁊ iterum mansuetum in rationale ⁊ irrationale. Cum igitur nihil debet relinqui oportet dicere aial māsuetum rationale ¶ Quarto sequitur ꝙ substantia animata sensitiua non est diffō essentialis animalis consequēs cōtra omnes. ⁊ ,pbatur cōsequētia quia aliquid relinquit. s. dr̄ia substātie diuise per corporeum ⁊ incorporeum. ergo oportet diffinire animal p substātiā corporeā animatā sensitiuā ¶ Ad primum dicitur ꝙ si bipes sumitur tāquā pp̄ria dr̄ia hominis, sic est diffinitio essentialis hominis ⁊ simpliciter bona. si autem accipitur vt dr̄ia communis. sic est diffinitio bona s̄m quid. s. in casu vt dicebat in altero capitulo. ¶ Ad secundū dicitur cōsimiliter ꝙ si rōnale est dr̄ia cōmunis. ⁊ bipes dr̄ia pp̄ria. tunc illa diffinitio est bona diffinitio simpliciter. si autem bipes est dr̄ia communis. ⁊ rationale sit dr̄ia communior vel minus communis. dūmodo non sit dr̄ia propria hominis. tūc est diffinitio bona in casu. q: datur per terminos cōmuniores facientes terminum conuertibilem cum diffinito si autem rationale summitur vt differentia propria. ⁊ bipes, vt communis conceditur quod illa diffinitio non est bona simpliciter nec in casu. sed deberet dici

animal bipes rōnale. Aristo. autē ponēs illā itellexit eā
esse bonā in casu ponēdo quālibet partē diffōnis cōmu
niorē esse diffinito. aut bonā simpliciter ponēdo rōnale
tanquā dr̄iā cōem. ⁊ bipes loco differētie ppie. ¶ Ad
tertiū dicitur ꝙ sicut quātitas bz duplicē diuisionē ime
diatā. s. cōtinuū ⁊ discretū. ⁊ habēs positionē in ꝯtinuo
⁊ nō habēs positionē in cōtinuo. ita aīal pōt diuidi ime
diate per rōnale ⁊ irrōnale. aut ꝑ māsuetū ⁊ indomitū
aut per bipes ⁊ multipes. aut ꝑ pēnatū ⁊ nō pēnatū. si
diuiditur p̄io sic aīal est genus ꝓpinquū hoī. ⁊ rōnale
dr̄ia ppria. dato ꝙ corpora celestia nō sint rōnabilia. si
autē diuidit allo mō cōcedo ꝙ debet dici aīal mansue
tū rōnale. q: aīal tali diuisione est genus remotū. nō tñ
bene diuidit mansuetū ꝑ rōnle ⁊ irrōnale. q: aliquod ē
animal irrōnale qđ nō est mansuetū. semꝑ. n. diuisū bz
cōuerti cū suis diuidentibus dissimetiz sumptis. ¶ Ad
q̄rtū respōdet ꝙ dicētes illā eē diffōnē aīalis sumūt sub
stantiā aīatā loco generis ꝓpinq ꝑꝑ equiuocationē illi⁹
termini corpus reperti in p̄dicamēto substātie ⁊ quanti
tatis. sed sumēdo subām tanq̄ꝫ genus remotū indubie
debet diffiniri aīal ꝑ subām corporeā aīatā sensitiuā ita
ꝙ substantia aīata corpores teneat locū generis ꝓping.
⁊ sensitiuū sit differentia ppria aīalis. si aūt aliqñādo cō
cessuz est subaz sensitiuā esse diffōnē aīalis. intelligēduz
est substātiā poni loco generis ꝓpinqui ⁊ sensitiuū loco
differentie ꝓpie sicut bipes nō obstāte ꝙ alteri cōpetet
ab homine accipitur interdū tanq̄ꝫ dr̄ia ppria hoīs. vel
si accipitur suba tanq̄ꝫ genus remotū sumat stricte. vt
dicat ꝑ se existens ⁊ sensitiuuz cōius q̄ꝫ sit aīal. ⁊ hmōi ē
diffinitio aīalis in casu. ⁊ nō simpliciter. nō enī possunt
semꝑ adeq̄te seruari regule ari. vt verba sonāt: sed suf-
ficit veritas intellectus ⁊ bona aplicatio ad illas. sumen
do tñ sensitiuū vt ppriā passionē ⁊ nō dr̄iam eēntialem
aīalis sic suba sensitiua est bona diffō aīalis siue suba sit
genus ꝓpinquū siue remotū. sicut ēt bn̄ diffinit hō per
aīal risibile siue aīal fuerit genus ꝓpinquū siue remotū
sed talis diffō est accñtalis de qua nō loquit hic phus.
sed de essentiali ⁊ quiditatiua ⁊c̄.

Uerere aūt oportet ⁊ intēdentē in si
milia i diferētia. primū quidem oīa
idem habeant: postea iterum in al-
teris: que in eodē quidē genere sunt cū illis:
Sunt aūt ipsis quidē idē spē illorū aut alte-
ricū āt in his accipiant. quid oīa idē ⁊ in ali
is sitr. In acceptis uerū sitr intēdendū est. si
idē sit quousq; in vnā veniat rōnem: hec erit
eni diffō. si vero nō vadit in vnā: sed in duas
vel in plures: manifestū est ꝙ nō vtiq; vnuz
aliquod quod querit. sꝫ plura vt dico sigd
est magnanimitas querimus: intēdendū est
in quosdā magnanimos quos scimus quid
habent vnū oēs in quātū hmōi sunt vt alpici
ades magnanim⁹. aut achiles. aut ayax: qd
vnū oēs nō tollerare iniuriā. hic quidē. n. di
micauit. ille vero insaniuit. hic autē interficit
seipm. Itē in aliis vt lysandro ⁊ socrate: si iā
indifferentes ꝓsperitati ⁊ iprosperitati. hec
duo accipiens itendo quid idē habent: aut i
passibilitas que est circa fortunas. aut intol-
lerantia iniuriarū. Si vero nullū sit due spē
vtiq; erūt magnanimitatis.

¶ Istud est tertiū caplm huius tractatus in quo phs
dat artē inuestigandi diffōnē passiōis postq̄ꝫ dedit artē
inuestigādi diffōnē subl. ⁊ diuiditur in duas ptes. In p̄ma
prīa ponit regula inuestigādi hmōi diffōnē. In secūda
vero ponūtur cōclusiones sequentes ex illa regula ibi.
Semꝑ. n. oēs. ¶ Regula phi est ista. si aliqua passio cō
petit pluribus diffīr accipiant cōia dissimilia ⁊ videat
vtrū cōcurrāt in aliquā rōnē illis cōiorē vel non. si sic.
talis passio diffinit per talē rōnē. si nō illa passio nō ē p-
prie vna. nec sibi ꝓpie conidet aliqua vna diffō nisi for
te eq̄noce. verbi. g. alpiciades achilles ayax alysander
⁊ socrates fuerūt q̄nq; hoies quib⁹ cōpetebat magna-
nimitas. q: oēs illi dicti sunt magnanimi. sed eodez mō
q: achilles alpiciades ⁊ ayax cōuenerunt in hoc cōi qđ
nō posse tollerare iniurias alcipiades enī dimicauit ꝑꝑ
vindictā. ⁊ achilles insaniuit. ayax vero seipm interfecit
q: nō potuerūt vidicare. alii vero duo alysander ⁊ so-
crates in alio cōi conuenerūt. s. in posse tollerare iniuri-
as. q: de iniuriis nō curauerunt sed semꝑ equanimiter
se habuerūt ad omnē fortunā siue ꝓspera siue aduersa
accideret. videatur ergo si hec duo cōia. s. tollerantia ⁊ i
tollerantia est in quibus illi ꝓpinq̄ dissimiliter cōuene-
runt. concurrant in aliquā vnā rōnem vel non. si primū
magnanimitas per illā diffinitur. si sꝫ tūc nō diffinitur
aliqua vna diffōne. nec magnanimitas est aliq̄ vna spēs
seu passio vna. ¶ Notandū primo sm phm ꝙ isti qn
q̄ꝫ viri noiati fuerūt diuersarū spērū. qđ nō ē intellige-
dum in p̄dicamēto sube. sed ꝑ cōparationē ad tolleran
tiam ⁊ intollerātiā q̄ sunt diuersarū rōnū. sicut etiā sor-
tes albus. ⁊ plato niger dicūtur diuersarū spērū nō p̄di
camenti sube. sed p̄dicamenti q̄litatis ꝓpter albedinem
⁊ nigredinē q̄bus accidentaliter denominātur que sunt
diuersarū specierū p̄dicamēti qualitatis. Dicit enī phus
septimo phy. ꝙ linea recta ⁊ linea curua sunt diuersarū
specierū nō ꝙ illa linea que est recta. ⁊ illa que est cur-
ua sint diuersarū spērū. cū linea sit spēs specialissima sꝫ
phm in p̄dicamēto. sed q: rectitudo ⁊ curuitas sunt di-
uersarū spērū. Ita magnanimitas tollerans ⁊ magna-
nimitas intollerans sunt diuersarū spērū non rōne ma
gnanimitatis. sed rōne tollerantie ⁊ intollerantie q̄ sunt
diuersarū spērū. ¶ Secūdo notādū ꝙ tollerantia ⁊ intol
lerantia ꝓueniūt ex eadē cā. ex eo enī ꝙ aliquis reputat
se dignū magnis cupit honorē ⁊ gloriā. ⁊ cōsequēter nō
pōt sustinere iniurias. alius aūt etiā reputās se dignum
magnis nō curat de gloria aut de ignominia mundi. ⁊
cōsequenter faciliter tollerat iniurias. Ex quo sequit ꝙ
magnanimitas est vna passio sicut est vna diffinitione
diffinibilis. nā magnanimus est ille q̄ reputat se dignū
magnis ⁊ magnanimitas ē virtus q̄ quis reputat se di
gnū magnis. tollerantia enī ⁊ intollerantia sunt passio
nes opposite cōcurrētes in aliā rōnez cōiorē q̄ est puta
tio excelse dignitatis. Et ideo magnanimitas est species
competens tolleranti ⁊ intolleranti. licet nō eq̄liter. pl⁹
enī participat de magnanimitate tollerans iniurias op
probria aut verbera. nec nō mundi honorē despiciens
putans verā gloriā in virtute fundari. q̄ꝫ intollerās mū
di honorē querēs. ꝓpterea fides christiana vere magna
nimos facit q: mūdi gloriā cum suis pōpis docet repel
lere ⁊ de aduersitatibus non curare. ¶ Tertio notādū
ꝙ sicut paritas ⁊ iparitas sunt passiones nūeri cōcurrē
tes in vnā passionē numeri nobis ignotam imediate flu
entē a principiis nūeri. ⁊ sicut curuitas ⁊ rectitudo sunt
passiones linee concurrentes in longitudinē que est pri
ma passio linee nobis nota. ita tollerantia ⁊ intollerātia
sunt passiones magnanimitatis ꝯcurrētis in vnā passio
nem cōiorem illis fluētē a principiis magnanimitatis q̄
quidē est nobis ignota vocabulo simplici. sed per circū
locutionē dicitur putatio excelse dignitatis. ⁊ sicut cuicū
q; inest linea eidē inest longitudo. nō tamen rectitudo ⁊
curuitas. sed tm̄ vnū istorū. sic cuicūq; inest magnanimi
tas eidē inest putatio excelse dignitatis. non tamen illi in

